CORNELII TACITI DE VITA ET MORIBUS IULII AGRICOLAE LIBER: AD CODICES VATICANOS IN...

Cornelius Tacitus




SIGILLVM · VNIVERSITATIS · CALIFORNIENSIS
FIAT LVX
MDCCCLXVIII
EX LIBRIS

CORNELII TACITI

DE

VITA ET MORIBUS IULII AGRICOLAE

LIBER.

AD CODICES VATICANOS

IN USUM PRAELECTIONUM

EDIDIT ET RECENSUIT

CAROLUS LUDOVICUS URLICHS.

WIRCEBURGI

IMPENSIS ADALBERTI STUBER

MDCCCLXXV.

Quoi dono lepidum novum libellum?
Ritscheli, tibi: namque tu solebas
Meas esse aliquid putare nugas.

A (Wexii *Γ*) Codex Vaticanus 3429. chartaceus in fol. min. saec. XV. continet editionem principem Spirensem, cui additur vita Agricolae a Pomponio Laeto regnante ut videtur Paulo II inter a. 1464 et 1471 scripta. In praemisso folio Ursinus annotavit:

„Cornelio Tacito della Vita d' Agricola, scritto di mano di Pomponio Laeto, ligato dietro al Tacito stampato. Ful. Urs."

Correctus est paucis recentioribus emendationibus exceptis ab eadem Pomponii manu, qui his signis in margine utitur:

ȝ ad locos illustres + ad difficiliores \`\` ad difficiles et corruptos locos	indicandos veluti ad cap. 9. N. L."

Paginae non numerantur.

M. In margine praeter indices reperiuntur variae lectiones et coniecturae eadem manu scriptae.

B (Wexii *Δ*) Codex Vaticanus 4498. membr. in fol. min. saec. XV. nitide scriptus inde a fol. 63v. ad fol. 77v. continet vitam Agricolae, singulis foliis numeratis. Initio futiles indices ab eadem manu additi sunt.

Uterque liber e codice haud multo antiquiore descriptus mense Aprili a. 1869 ab Hugone Hinckio v. cl. meum in usum cum editione Dronkii priore, a me ipso a. 1872 cum libro a Rittero a. 1838 edito quanta poteram diligentia collatus est. Ita contigit, ut, cum etiam codicis *A* scribendi compendia omnia atque interpunctionis rationem integram imitatus sim, codicis *B* et integram varietatem et compluribus in capitibus universam scripturam adscripserim, singularum paginarum atque in dubiis locis etiam versuum finem indicarim, satis firmum artis criticae fundamentum iactum esse videatur. Nam paucos eos locos, ubi de librorum lectione ipse etiamnum dubito, sedulo annotavi. — Summa autem fide dignum esse Pomponii Laeti librum, atque quae sive in margine sive inter lineas in exemplari repererat, accurate exhibita et ab ipsius coniecturis distincta esse, etsi apparet, tamen nequaquam spernendam esse libri *B* auctoritatem et nonnullis in locis praeferendam, uberiore quem intra hunc annum editurus sum commentario demonstrabitur.

CORNELII TACITI DE VI|TA ET MORIBVS IVLII | AGRICOLAE :†

CLarorum uirorũ facta moresq; posteris tradere, Antiquitus usitatum, Ne nr̄is quidem temporibus, q̄q̄ incuriosa suorũ ętas, omisit: Quotiẽs magna aliqua ac Nobilis uirtus uicit, ac supergressa ē uitium: paruis magnisq; ciuitatibus cõmune ignorantiam recti & inuidiam: Sed apud priores vt agere digna memoratu pronũ, Magisq; in aperto erat, ita celeberrimus Quisq; ingenio, ad prodendam uĩtutis memoriam,. sine gratia aut ambitione, bonę tantũ conscientię pretio ducebatũ: Ac pleriq; suam ipĩ uitam Nar̄are, fiduciam potius morũ Q̃m ārogantiam arbitrati sũt: Nec id rutilio & scauro citra fidem, aut obtrectationi fuit: adeo uirtutes iisdem temporibus optimę ęstimantũ, Quibus facillime gignuntũ: At nũc. Nar̄aturo mihi uitam defuncti hominis. uenia opus fuit: Quã Non petissem incusaturus tam sęua & infesta uĩtutibus tempora: Legimus cum aruleno Rustico Petus Trasea: Hereñio senetioni Priscus heluidius Laudati essent; capitale fuisse: Neq; in ip̄os modo autores, Sed in Libros q̃; eoꝝ sęuitum: Delegato triumuiris ministerio vt monumẽta clarissimorũ ingeniorum in comitio ac foro urerentũ: Scilic& illo igne vocem pl̄i. ro. & Libertatẽ senatus, & conscientiam generis humani aboleri arbitrabantũ: Expulsis insuper sapiẽtię professoribus, atq; õni bona arte in exiliũ acta, Nequid usq̄ honestum occũrer&: Dedimus profecto grande patiẽtię documentũ, & sicut uetus ętas uidit quid ultimũ in Liber|tate ẽẽt, ita Nos quid in seruitute: adempto per inquisitiones et Loquendi audiendiq; comertio: Memoriam q̃; ip̄ãm cum uoce perdidissemus, si tam in nr̄a potestate ess& obliuisci Q̃ tacere: Nũc

Arulenus rusticus.
Her̄nius Senetio.

24. *Post* Liber *Fol. v.* —

Varietas codicis B.

Cod. Vat. 4498. Fol. 63^{v}.

1. Cai Corneli Taciti de Vita & moribus Iulii Agricolę. ꝓhemiũ. — 2. Larorum (*in margine hic et deinceps primae capitum litterae minusculae eadem manu adscriptae sunt.*). — 3. quanq̃. — 5. uitium. Paruis. — 9. prętio (*ubi nihil annotatur, pro* ae habet ę.). — 14. petiissem. — incusatur᾽. — sęuia et infęlicia. — 15. Pet᾽ thrasea. — 16. herhennio. — 16. capitał. — 17. auctores. — forum. — 18. monimenta. — 19. Scȝ. — uocem] *omittit.* — populi Romani. — 20. gñis. — 22. occurrẽ. — grande] *om.* — 24. seũitute. — 25. adẽpto & cõmertio. — cũ — *Ante* v. perdidissemus *Fol. 64r.* — 26. q̃.

CORNELII TACITI DE VITA ET MORIBUS IVLII AGRICOLAE LIBER.

1. Clarorum virorum facta moresque posteris tradere antiquitus usitatum, ne nostris quidem temporibus quamquam incuriosa suorum aetas omisit, quotiens magna aliqua ac nobilis virtus vicit ac supergressa est vitium parvis magnisque civitatibus commune, ignorantiam recti et invidiam. Sed apud priores ut agere digna memoratu pronum magisque in aperto erat, ita celeberrimus quisque ad prodendam virtutis memoriam sine gratia aut ambitione bonae tantum conscientiae pretio ducebatur. Ac plerique suam ipsi vitam narrare fiduciam potius morum quam adrogantiam arbitrati sunt, nec id Rutilio et Scauro citra fidem aut obtrectationi fuit: adeo virtutes isdem temporibus optime aestimantur, quibus facillime gignuntur. At nunc narraturo mihi vitam defuncti hominis venia opus fuerit, quam non petissem incusaturus tam saeva et infesta virtutibus tempora.

2. Legimus cum Aruleno Rustico Paetus Thrasea, Herennio Senecioni Priscus Helvidius laudati essent, capitale fuisse, neque in ipsos modo auctores sed in libros quoque eorum saevitum, delegato triumviris ministerio ut monumenta clarissimorum ingeniorum in comitio ac foro urerentur. Scilicet illo igne vocem populi Romani et libertatem senatus et conscientiam generis humani aboleri arbitrabantur, expulsis insuper sapientiae professoribus, ne quid usquam honestum occurreret. Dedimus profecto grande patientiae documentum; et sicut vetus aetas vidit quid ultimum in libertate esset, ita nos quid in servitute, adempto per inquisitiones etiam loquendi audiendique commercio. Memoriam quoque ipsam cum voce perdidissemus, si tam in nostra potestate esset oblivisci quam tacere.

---

15. fuerit *Rothius et ego.*

15. *et* 16. incusaturus. Tam saeva e. i. v. tempora exegimus *et v.* 18. fuit *Gantrellius.*

17. Paetus *Puteolanus, cuius editione tertia a. 1497 usus sum.* Senecioni *Rhenanus.*

demũ redit animus: & q̃q̃ primo statim beatissimi seculi ortu, neũa Caesar; Res olym dissotiabiles miscuerit, principatũ ac Libertatem: augeatq; quotidie felicitatẽ tpõꝝ Nerua traianus: Nec spem modo ac uotum securitas Publica, sed ipsius uoti fiduciam ac robũ assumpserit; Natura tamẽ infirmitatis humanę tardiora sunt remedia q̃ mala: & ut corpora nr̃a Lente augescũt, cito extinguntũ, sic ingenia studiaq; oppresseris facilius Q̃ reuocaueris: Subit quippe et̃ ip̃us inertię dulcedo: et inuisa primo desidia Postremo amatur: Quid si per Quindecim annos (grande mortalis ęui spacium) multis fortuitis casibus, Promptissimus quisq; sęuitia principis interciderũt? Pauci et uti dixerim non modo aliorũ, sed etiam nr̃i superstites sumus, exemptis, e media uita tot annis Quibus iuuenes ad senectutẽ, senes prope ad ipõs exactę ętatis terminos per silentium uenimus: Non tamẽ pigebit uel incondita ac rudi voce, Memoriam prioris senectutis, ac testimoniũ presentiũ bonorum composuisse: Hic interim Liber honori agricolę soceri mei destinatus, professione pietatis aut Laudatus erit aut excusatus:

GNeus iulius agricola, uetere & illustri foroiuliensium colonia ortus. vtrumq; auum procuratorẽ Cæsarum*) hũit, Quę equestris nobilitas ẽ: Pater Iulii: Iulius grecinus senatorii ordinis studio eloquẽtię sapientięq; notus. iisq; ip̃is virtutibus iram Cai Cæsaris meritus: nãq; Marcum sillanum accusare iussus: & quia abnuerat, interfectus ẽ. Mater Iulia procilla fuit: rarę castitatis: In huius sinu indulgentiaq; educatus, per õnem honestarũ artiũ cultum pueri ciam adolescentiamq; transegit: Arcebat eum ab illecebris peccantium, preter ip̃ius bonam integramq; naturam, Q statim Paruulus sedẽ ac magistrã studiorũ Massiliam hũit: Locum gręca comitate, & prouinciali parsimonia mistum ac bene compositum: Memoria teneo solitum ipũm nãrare se prima in iuuenta studium philosophię acrius ultra q̃ concessum Romano ac senatori hausisse, Ni pru-

Iulius Grecinus:

M. Sillanus:

*) *Sic saepius* æ *pro* ae.

Varietas codicis B.

1. quanq̃ (*et sic deinceps*). — sęculi. — 2. Cęsar. — olim dissolubiles. — 4. pp.ca. — 5. adsumpserit. — 6. extinguntur (?). — 7. q̄. — 9. Quidsi. — XV. — *uneos omittit.* — spatium. — 10. prõptissimus. — int'ciderunt. — 11. et̃. — 15. p̃ntium. — bonoꝝ. — 18. Ñ. *spatio unius litt. init. vacuo, in marg.* c *a m*1. — uotim. — Illust'. — foriuliensium. — Colia. — 19. utrunque. — Cęsaris. — 20. Iuli. — Gręcinus. — ord. — 21. C. Cęsaris. — 22. nanque. — M. Sullanum. — 24. honestatis. — culctum. — pueritiam. — 25. *Post* adoles| *Fol. 64*v. — Arcebat tamen ab. — 26. pręter. — nãm. — 27. magr̃am. — Massiliã. — habuit. — greca. — 28. parsimoĩa. — 29. in] *om.* — p̃hię. — 30. rõ.

3. Nunc demum rediit animus; sed quamquam primo statim beatissimi saeculi ortu Nerva Caesar res olim dissociabiles miscuerit, principatum ac libertatem, augeatque quotidie felicitatem temporum Nerva Traianus, nec spem modo ac votum securitas publica sed ipsius voti fiduciam ac robur adsumpserit, natura tamen infirmitatis humanae tardiora sunt remedia quam mala; et ut corpora nostra lente augescunt, cito extinguuntur, sic ingenia studiaque oppresseris facilius quam revocaveris: subit quippe etiam ipsius inertiae dulcedo, et invisa primo desidia postremo amatur. Quid? si per quindecim annos, grande mortalis aevi spatium, multi fortuitis casibus, promptissimus quisque saevitia principis interciderunt, pauci, et, ut ita dixerim, non modo aliorum, sed etiam nostri, superstites sumus, exemptis e media vita tot annis, quibus iuvenes ad senectutem, senes prope ad ipsos exactae aetatis terminos per silentium venimus. Non tamen pigebit vel incondita ac rudi voce memoriam prioris servitutis ac testimonium praesentium bonorum composuisse. Hic interim liber honori Agricolae soceri mei destinatus professione pietatis aut laudatus erit aut excusatus.

4. Cn. Iulius Agricola, vetere et inlustri Foroiuliensium colonia ortus, utrumque avum procuratorem Caesarum habuit, quae equestris nobilitas est. Pater Iulius Graecinus senatorii ordinis, studio eloquentiae sapientiaeque notus, iisque ipsis virtutibus iram C. Caesaris meritus: namque M. Silanum accusare iussus et quia abnuerat, interfectus est. Mater Iulia Procilla fuit, rarae castitatis. In huius sinu indulgentiaque educatus per omnem honestarum artium cultum pueritiam adolescentiamque transegit. Arcebat eum ab illecebris peccantium praeter ipsius bonam integramque naturam, quod statim parvulus sedem ac magistram studiorum Massiliam habuit, locum Graeca comitate et provinciali parsimonia mixtum ac bene compositum. Memoria teneo solitum ipsum narrare se prima in iuventa studium philosophiae acrius, ultra quam concessum Romano ac senatori, hausisse, ni prudentia matris incensum ac flagrantem

1. rediit *Spengel.* — set *idem,* sed *Bipontini.*
10. multi *Lipsius.*
12. pauci ut ita *Rhenanus,* pauci, ut sic dixerim *Wölfflin.*
16. servitutis *Ursinus.*
21. Iulii *delevit Lipsius, in* fuit *mutavit Fröhlich, in* illi *Wölfflin.*

dentia mr̄is incensum ac flagrantē animū coercuiss&: Scilic& sublime et erectum ingenium, Pulchritudinē ac speciem magnę excelsęq; gloriae vehementius q̄ caute appetebat: Mox mitigauit Ratio & ętas: retinuitq; Quod ē difficillimū ex sapientia modum: Prima castrorum Rudimenta in britannia suetonio Paulino diligenti ac moderato duci approbavit electus Quem contubēnio ęstimar&: Nec agricola Licenter more Iuuenū qui militiam in Lasciuiā vertūt, Neq; segniter ad uoluptates & cōmeatus titulum tribunatus & inscitiam retulit/. Sed noscere prouintiam, Nosci exercitui, Discere a peritis sequi optimos, Nihil appetere in iactationē, Nihil ob formidinem recusare, Simulq; & anxius & intentus agere. Non sane alias exēcitatior Magisq; in ambiguo britānia fuit: Trucidati veterani, incēsę colonię, intersepti exercitus, Tū de salute, Mox de victoria certauere: Quę cuncta & si consiliis ductuq; alterius agebantū, Ac sūma rerum, & recuperatę prouintię gloria in ducē cessit. artem & usum & stimulos addidere Iuueni: Intrauitq; animū militaris glorię cupido, ingrata temporibus, Quibus sinistra erga eminētes intēpretatio, Nec minus periculum ex magna fama q̄ ex mala:

Suetonius Paulin'.

} = Hīc ad capessendos Magistratus in vrbē degressus, Domitiam decidianā, splendidis natalibus ortam, sibi iunxit: Idq; matrimoniū ad maiora nitenti decus ac Robur fuit: vixerūtq; mira concōdia, p mutuam caritatem & inuicem se anteponēdo: Nisi q in bona uxore | tanto maior Laus Quanto in mala plus culpę est: Sors questurę prouīciam asiam, Procunsulem Saluium titianum dedit: quorum neutro cōruptus ē, q̄q̄ et prouintia diues ac parata peccantibus, & proconsul in om̄em auiditatem pronus, Quantalib& facilitate redempturus ēēt mutuā dissimulationē mali: Auctus ē ibi filia, in s̄bsidium simul & solacium, Nam filium ante s̄blatum breui amisit: Mox inter preturā questurā ac tribunatum Plebis atq; ipūm ēt tribunatus annum quiete & ocio transit, gnarus s̄b nerone tempo-

---

V. 19. *Hinc capita prima littera ultra paginam procurrente indicantur.* — digressus *correxit m. 1.* — 29. preturā *expunxit m. 1.*

Varietas codicis B.

1. cohercuisset. — 2. pulchri^ne. — spēm. — 3. gl̃ię. — 4. retinuit. — 5. Brittannia. — 8. nec. — tribunat'. — 9. iustitiam. — prouinciam. — 10. nihil. — 12. exercitatior. — Brittañia. — 13. incensę. — 15. prouincię. — gła. — 17. głię. — 18. interprętatio. — 19. magratus. — digressus. — 21. *Post* ac *Fol. 65r.* — 22. mutuā. — appetendo. — q. — 24. prouinc. — procōs. — 25. quanq̃ (*sic deinceps*). — prouīcia — et parata — 26. procos. — fęlicitate. — 27. Auct' — 28. solatium. — 29. preturā] *om.* — et tribunatū, 30. tribunat' — quietis. — transiit. — *pro* ‚temporum', ipm̄.

animum coercuisset. Scilicet sublime et erectum ingenium pulchritudinem ac speciem magnae excelsaeque gloriae vehementius quam caute adpetebat. Mox mitigavit ratio et aetas, retinuitque, quod est difficillimum, ex sapientia modum.

5. Prima castrorum rudimenta in Britannia Suetonio Paulino, diligenti ac moderato duci, adprobavit, electus quem contubernio aestimaret. Nec Agricola licenter, more iuvenum qui militiam in lasciviam vertunt, neque segniter ad voluptates et commeatus titulum tribunatus et inscitiam rettulit: sed noscere provinciam, nosci exercitui, discere a peritis, sequi optimos, nihil adpetere in iactationem, nihil ob formidinem recusare, simulque et anxius et intentus agere. Non sane alias exercitatior magisque in ambiguo Britannia fuit: trucidati veterani, incensae coloniae, intersaepti exercitus; tum de salute, mox de victoria certavere. Quae cuncta etsi consiliis ductuque alterius agebantur, ac summa rerum et reciperatae provinciae gloria in ducem cessit, artem et usum et stimulos addidere iuveni, intravitque animum militaris gloriae cupido, ingrata temporibus quibus sinistra erga eminentes interpretatio nec minus periculum ex magna fama quam ex mala.

6. Hinc ad capessendos magistratus in urbem digressus Domitiam Decidianam, splendidis natalibus ortam, sibi iunxit, idque matrimonium ad maiora nitenti decus ac robur fuit. Vixeruntque mira concordia et in vicem se anteponendo, nisi quod in bona uxore tanto maior laus quanto in mala plus culpae est. Sors quaesturae provinciam Asiam, proconsulem Salvium Titianum dedit, quorum neutro corruptus est: quamquam et provincia dives ac parata peccantibus, et proconsul in omnem aviditatem pronus quantalibet facilitate redempturus esset mutuam dissimulationem mali. Auctus est ibi filia, in subsidium simul et solacium; nam filium ante sublatum brevi amisit. Mox inter quaesturam ac tribunatum plebis atque ipsum etiam tribunatus annum quiete et otio transiit, gnarus sub Nerone temporum, quibus inertia pro sapientia fuit. Idem prae-

---

13. intercepti *Puteolanus.*
15. reciperatae *Lipsius.*

rum, Quibus inẽtia pro sapientia fuit: Idem preturę certior et silentium, Nec ·N· Iurisdictio obuenerat/ Ludos & inania honoris Medio rationis atq; abundantię duxit uti longe a luxuria ita famę própior: Tum electus a Galba ad dona templorum recognoscenda, diligentissima conquisitione fecit: Ne cuius alterius sacrilegium res. p. q̃ neronis sensiss&: Sequẽs annus graui uulnere animum Domumq; eius afflixit: Nam classis othoniana licenter uaga dũ in
Templum: templo (Liguriae pars ẽ) hostiliter populatũ, Matrem agricolę in p̃diis suis interfecit: prediaq; ipã & magnam p̃rimonii partem diripuit Quę cã cedis fuerat: Igitũ ad solẽnia pietatis profectus agricola nuntio affectati a vespasiano imperii deprehensus, ac statim in pãtes transgressus ẽ: Initia principatus ac statum urbis Mutianus Regebat, iuuene admodum d^o^mitiano & ex patẽna fortuna tm̃ licentiam usurpante: Is missum ad delectus agendos agricolam integreq; ac strenue uersatũ vicesimę legioni tarde ad sacramentũ transgressę pręposuit: vbi decessor seditiose agere Nar̃abatũ: Quippe legatis | q̃; consularibus nimia ac formidolosa erat: Nec legatus pretorius ad cohibendũ potẽs, incertum suo an militum ingenio: Ita successor simul et ultor electus Rarissima moderatione, maluit videri inuenisse bonos Q̃ fecisse: Praeerat tũc britannię vêtius
Veti·Volanus: volanus, placidius Q̃ feroci prouintia dignum ẽ: Temperauit agricola uim suam, ardoremq; conpescuit, | ne increscer&" Peritus obsequi eruditusq; utilia honestis miscere:

Petilius cerealis. BReui deinde britannia Consularẽ petilium Cęrialẽ accepit: hũerunt uirtutes spacium exemplorum: Sed primo Cærialis labores modo & discrimina, Mox et gloriam comunicabat: Sępe parti exercitus in experimentũ, Aliquũ maioribus copiis ex euentu pręfecit: Nec agricola unq̃ in suam famã gestis exultauit: ad autorẽ ac
ʒ = fortunã. m. 1. ducẽ vt ministẽ̦ referebat: Ita uirtute in obseq;ẽdo, Verecundia

8. *unci a m. 1.* — 15. uersantũ, *mutavit m. 1.* — c *delevit m. 1.*

Varietas codicis B.

1. pręturę. — 2. nec ·N· *ut A.* — et obuenerat *uncis inclusa.* — 3. *pro* ‚rationis' luxurię. — 4. proprior. — tẽplorum. — 5. cuiuis. — 6. Res .p. — annũ. — 7. adflixit. — 8. Ligurię. — *unci om.* — pplatur. — 9. prędiis *et sic deinceps ubi nihil ann.* ę *pro* ae. — 10. causa cędis. — solemnia. — 11. adfectati — deprehensus est: ac. — 12. partis. — ẽ] *om.* — 13. tantum. 15. uigesimę. — 17. *post* con *Fol. 65v.* — *Minima iam praetermittam.* — p̃torius. — 19. ulctor. — 20. donos. — Preerat. — Vettius. — 21. Bolanus. — prouincia *et sic deinceps.* — 22. compescuit. — 24. Cerialem. — 25. spatium *et sic deinceps.* — Cerialis. — 26. cõmunicabat. — 28. auctorem *et sic deinceps.* — 29. fortunam referebat. —

turae terror et silentium; nec enim iurisdictio obvenerat. Ludos et inania honoris medio rationis atque abundantiae duxit, uti longe a luxuria, ita famae propior. Tum electus a Galba ad dona templorum recognoscenda diligentissima conquisitione effecit, ne cuius alterius sacrilegium res publica quam Neronis sensisset.

7. Sequens annus gravi vulnere animum domumque eius adflixit. Nam classis Othoniana licenter vaga dum Intemelios (Liguriae pars est) hostiliter populatur, matrem Agricolae in praediis suis interfecit praediaque ipsa et magnam patrimonii partem diripuit, quae causa caedis fuerat. Igitur ad sollemnia pietatis profectus Agricola nuntio adfectati a Vespasiano imperii deprehensus ac statim in partes transgressus est. Initia principatus ac statum urbis Mucianus regebat, iuvene admodum Domitiano et ex paterna fortuna tantum licentiam usurpante. Is missum ad dilectus agendos Agricolam integreque ac strenue versatum vicesimae legioni tarde ad sacramentum transgressae praeposuit quae seditiose agere narrabatur; quippe legatis quoque consularibus nimia ac formidolosa erat, nec decessor ad cohibendum potens, incertum suo an militum ingenio. Ita successor simul et ultor electus rarissima moderatione maluit videri invenisse bonos quam fecisse.

8. Praeerat tunc Britanniae Vettius Bolanus, placidius quam feroci provincia dignum est. Temperavit Agricola vim suam ardoremque compescuit ne incresceret, peritus obsequi eruditusque utilia honestis miscere. Brevi deinde Britannia consularem Petilium Cerialem accepit: habuerunt virtutes spatium exemplorum. Sed primo Cerialis labores modo et discrimina, mox et gloriam communicabat: saepe parti exercitus in experimentum, aliquando maioribus copiis ex eventu praefecit. Nec Agricola umquam in suam famam gestis exsultavit: ad auctorem ac ducem ut minister fortunam referebat. Ita virtute in obsequendo, verecundia in praedicando extra invidiam nec extra gloriam erat.

---

1. terror *ego*, tenor *Rhenanus*.

7. Intemelio *Surita*, *Savilius*. Intemelium *Ursinus et alii*. Intemelios *Coler*, *Lipsius*.

16. et 18. quae *ego*. — decessor *glossemate expuncto transposui*, sub decessore s. a. n. *Madvig*. ubi . . . narrabatur *delev*. *Wex et Nipperdey*.

23. obsequii *Ritter*.

in predicando, extra invidiam Nec extra gloriam erat: Reuertentem ab legatione legionis Diuus vespasianus intē p̃ricios adsciuit: ac deiñ. prouintię aquitanię pręposuit." Splendidę in primis dignitatis administratione ac spe consulatus cui destinarat: Credunt pleriq; militaribus ingeniis subtilitatem deėė, Quia castrensis iurisdictio secura & obtusiō: ac plura manu agēs: calliditatē fori nō exerceat: Agricola nāli prudentia, q̃uis inter togatos facile iusteq; agebat: Iam ũo tēpora curarũ Remissionũq; diuisa: vbi conuentus ac iuditia poscer&, grauis, intentus seuerus, et sępius misericors: Vbi officio satisfactũ, nullam ultra potestatis personam tristitiā & ar̃ogantiam & auariciam exuerat: Nec illi (quod ē Rarissimum) aut facilitas autoritatē, Aut seueritas amorem diminuit: Integritatem atq; abstinentiam in tanto uiro refẽre, iniuria firtutũ (v) fuerit: Ne famam quidem, cui sępe ēt boni indulgēt, ostentādā uītē (ut): aut per artę Quęsiuit: Procul ab emulatione aduersus collegas: Procul a contētionē aduersus procuratores: Et vincere ingloriũ & atteri sordidum arbitrabatũ: Minus triēnium in ea legatione detentus: ac statim ad spem Consulatus reuocatus est: Comitante opinione Britañiam ei prouintiam dari, Nullis in hoc suis sermonibus, sed quia par uidebatũ. (Haud semper errat fama) aliq̃ñ & elegit: Consul grecię tum spei filiam Iuueni mihi despōdit|: ac post consulatum collocavit: & statim britānię prępositus ē, adiecto pontificatus sacerdotio: Britanniae situm ppłosq; multis scriptorib; memoratos, Non in comparationē curae ingenii ue referā: sed quia tum primum perdomita est: Ita q; (que) priores nondum conperta eloquentia percoluere, rerum fide tradentur: Britannia, insularũ quas romana noticia complectitũ maxima spatio ac Coelo: in orientē Germaniae: in occidentē hispanię obtenditũ: Gallis in meridiem & inspicitũ:

gratę in imo margine in fine paginae a m. 1, ut videtur.

Signum ||| postea expunctum, exemplari ut videtur iterum collato.

---

8. Remiss *an* remiss? — 13. v *pro* f *m. 2* (*Hinck*). — 25. *Utrum a priore manu* q; *expunctum ac* quę *superscriptum sit an ab altera, incertum*; *mihi Laetus ipse postea correxisse videtur. Idem valet de* v. — 26. *Littera* B *a m. 2* (*Hinck.*) *expuncta et signum margini appositum indicant errorem postea correctum.*

Varietas codicis B.

1. prędicando ex̃. — ex. — 2. patritios. — 3. prouincię — acquitanię — proposuit — splendide. — inprimis. — 5. adesse. — 6. foren̄ exerceat. — 8. temporis et curarum. — 9. iudicia. — 11. auaritiam. — *unci om.* — facultas auctoritatem. — 13. *post* iniuria *Fol. 66r.* — uirtutvm. — 14. ēt sępe boni. uirtute. — 15. quesiuit. — 16. acteri. — 19. prouinciam. — 20. aut. — erat. — 21. grate. — & post. — 23. p̃poīt'. — 24. cōparationem curę ingemine. — 25. ita quę. — comperta. — 26. ritañnia *in novo versu spatio unius litt. vacuo; in marg. add.* b *a m. 1.* — 27. notitia. — cęlo. — 28. & *etiam B.*

9. Revertentem ab legatione legionis divus Vespasianus inter patricios adscivit, ac deinde provinciae Aquitaniae praeposuit, splendidae inprimis dignitatis administratione ac spe consulatus, cui destinarat. Credunt plerique militaribus ingeniis subtilitatem deesse, quia castrensis iurisdictio secura et obtusior ac plura manu agens calliditatem fori non exerceat: Agricola naturali prudentia, quamvis inter togatos, facile iusteque agebat. Iam vero tempora curarum remissionumque divisa: ubi conventus ac iudicia poscerent, gravis intentus, severus et saepius misericors: ubi officio satis factum, nihil ultra: potestatis personam exuerat. Nec illi, quod est rarissimum, aut facilitas auctoritatem aut severitas amorem deminuit. Integritatem atque abstinentiam in tanto viro referre iniuria virtutum fuerit. Ne famam quidem, cui saepe etiam boni indulgent, ostentanda virtute aut per artem quaesivit: procul ab aemulatione adversus collegas, procul a contentione adversus procuratores, et vincere inglorium et atteri sordidum arbitrabatur. Minus triennium in ea legatione detentus ac statim ad spem consulatus revocatus est, comitante opinione Britanniam ei provinciam dari, nullis in hoc suis sermonibus, sed quia par videbatur. Haud semper errat fama: aliquando et eligit. Consul gratae tum spei filiam iuveni mihi despondit ac post consulatum collocavit, et statim Britanniae praepositus est, adiecto pontificatus sacerdotio.

10. Britanniae situm populosque multis scriptoribus memoratos non in comparationem curae ingeniive referam, sed quia tum primum perdomita est: ita quae priores nondum comperta eloquentia percoluere, rerum fide tradentur. Britannia, insularum, quas Romana notitia complectitur maxima, spatio ac caelo in orientem Germaniae, in occidentem Hispaniae obtenditur, Gallis in meridiem etiam inspicitur; septentrionalia eius, nullis contra terris, vasto atque aperto mari pulsantur. Formam totius Britanniae Livius

9. et saep. misericors *delev. Hofmann-Peerlkamp et Wex.*

10. nihil *ego; glossema primus animadvertit Wex, male idem Rhenani coniectura* nulla . . . persona *probata etiam v.* exuerat *delevit.*

12. deminuit *Lipsius.*

14. ostentanda *Rhenanus.*

17. ac statim *del. Classen.*

20. eligit *Rhenanus.*

20. egregiae *Puteolanus.*

Britãnie Descriptio.

.| At ũn & uniuesis fama. *m. 1.*

q² (= *quia*) *et graue in fine uersus m. 1.* +

ᐥdnari *m. 1.*

.| ccupasse *m. 1.*

Septentrionalia eius, Nullis contra t̃eris, vasto atq; aperto mari pulsantũ: Formã totius britãniae Liuius veterũ, Fabius rusticus recentiũ eloquẽtissimi auctores, oblongae scutulae ul bipenni assimilauere & ẽ ea facies citra Caledoniam, vnde & uniuersum fama ẽ transgressis: sed ĩmensum & ĩnorme spatium procũrẽtiũ extremo iam littore ter̃arum uelut in cuneũ tenuatũ: Hanc orã nouissimi maris tũc primũ Romana classis cĩcumuecta insulam ẽẽ britãniam affirmauit: ac simul incognitas ad id tempus insulas quas orcadas uocãt inuenit domuitq;. Dispecta ẽ & thyle, q² | hactenus iussum & hiems appetebat, sed mare pigrum et graue| remigantibus perhib&: ne uentis quidem proiñ attolli credo, ꝗ rariores tẽrę montesq; montesq; cã ac materia tempestatum: & profunda moles continui maris tardius impellitũ: Naturã oceani atq; aestus neq; quaerere huius operis ẽ, ac multi retulere: vnum addiderim, nusquam latius ᐥdãnari mare: Multum fluminũ huc atq; illuc fer̃e: nec littore tenus accrescere aut resorberi, sed influere penitus atq; ambire, & iugis et̃ ac montibus inseri uelut in suo: Caeteꝝ britãniam qui mortales initio coluerĩt, indigenę an aduecti, vt int̃ barbaros parum compertũ: habitus cõporum uarii, atq; ex eo argumenta: Namq; rutilę Calÿdoniam hĩtantium comae: magni artus gẽmanicam originẽ asseuerãt: Silurũ colorati uultus:| tõti plerunq; crines & posita contra hispaniam hiberos ueteres, traiecisse, easq; sedes hĩtasse fidem faciũt: Proximi Gallis & similes sũt: seu durante originis usu, seu procũrentibus in diuersa tẽris, Positio coeli corporibus hĩtum dedit. In uniuersum tamẽ ęstimati, Gallos uicinã insulam occupasse credibile ẽ: Eorum sacra deprehendas, superstitionum persuasione: sẽmo haud mltũ diuersus: in deposcendis periculis eadẽ audacia: & ubi aduenere in detrectandis eadẽ formido: Plus tamẽ ferociae britanni praeferũt, vt quos Nondum lõga pax emollierit: Nam gallos q̊; in bellis floruisse accepimus, Mox segnitia cum otio intravit, amissa

19. Calydoniam *corr. m. 1.* — 22. hiboros, *a m. 2.* — ueteros ueteres, *corr. m. 2.*

Varietas codicis B.

1. tr̃is. — 3. oblongę scupulę — adsimilauere. — 4. et in uniuersum. — transgressis *habet etiam B.* — 5. inorme — spatium pro' currentium. — 6. litore. — 8. adfirmauit. — 9. despecta. — Tyle quia hactenus iussum (*sic*). — 10. remi [*Fol. 66ᵛ*.] gãtibus perhibent ne. — 11. actolli credo: q. — 12. causa. — tẽpestatum. — 13. nec. — 14. dãnari. — 17. Ceterum. — qui *etiam B.* — 19. nanque — rutilę — Caledomã. — 20. arcus germanam. — 22. Iberas. — occupasse. — 23. pro currentibus. — 24. cęli. — 25. ęstimanti. — 26. depręhendas. — 28. detractandis ea. — 30. ocio.

veterum, Fabius Rusticus recentium eloquentissimi auctores oblongae scutulae vel bipenni adsimulavere. Et est ea facies citra Caledoniam, unde et in universum fama est; sed transgressis immensum et enorme spatium procurrentium extremo iam litore terrarum velut in cuneum tenuatur. Hanc oram novissimi maris tunc primum Romana classis circumvecta insulam esse Britanniam adfirmavit, ac simul incognitas ad id tempus insulas quas Orcadas vocant invenit domuitque. Dispecta est et Thyle, sed omissa, quia hactenus iussum et hiems adpetebat. Mare pigrum et grave remigantibus perhibent, ne ventis quidem proinde attolli, credo quod rariores terrae montesque, causa ac materia tempestatum, et profunda moles continui maris tardius impellitur. Naturam oceani atque aestus neque quaerere huius operis est, ac multi rettulere: unum addiderim, nusquam latius dominari mare, multum fluminum huc atque illuc ferre, nec litore tenus adcrescere aut resorberi, sed influere penitus atque ambire, et iugis etiam ac montibus inseri velut in suo.

11. Ceterum Britanniam qui mortales initio coluerint, indigenae an advecti, ut inter barbaros, parum constat. Habitus corporum varii atque ex eo argumenta. Namque rutilae Caledoniam habitantium comae, magni artus Germanicam originem adseverant; Silurum colorati vultus, torti plerumque crines et posita contra Hispania Hiberos veteres traiecisse easque sedes occupasse fidem faciunt; proximi Gallis et similes sunt, seu durante originis vi, seu procurrentibus in diversa terris positio caeli corporibus habitum dedit. In universum tamen aestimanti Gallos vicinam insulam occupasse credibile est. Eorum sacra deprehendas, superstitionum persuasiones, sermo haud multum diversus, in deposcendis periculis eadem audacia et, ubi advenere, in detrectandis eadem formido. Plus tamen ferociae Britanni praeferunt, ut quos nondum longa pax emollierit. Nam Gallos quoque in bellis floruisse accepimus:

---

2. assimulavere *Puetolanus.*
3. sed transgressis *Döderlein.*
4. enorme *Rhenanus.*
8. sed *transposui*, omissa *addidi.*
9. sed — hiems app. et mare *B. Schulz.*
10. perinde *Grotius.*
13. rettulere *Puteol.* — 14. dominari *m. 1 A in marg. et Puteol.*
22. plerumque *Puteol.* — 23. Hispania *Muretus.*
24. vi *Rhenanus.* — 28. persuasiones *Glück. ap. Walch.*

Vt nunc Italia est m. 1.

ȝ

uītute pariter ac libertate: Quod britānorum olim "euenit "uictis: coeteri man& quales galli fuerūt: Iṁ pedite robū: quaedam natioūs & cūru preliantū: honestior auriga, clientes propugnāt: Olim regibus parebāt: Nūc per principes factionibus & studiis trahūtur: Nec aliud aduersus ualidissimas gentes pro nobis utilius, q̃ ꝗ in cōmune nō consulūt: Rarus duabus tribusqȝ civitatibus ad propulsandum cōmune periculum conuētus: ita singuli pugnāt uniuersi vincuntū: Coelum crebris hymbribus ac nebulis foedū: asperitas frigorum abest: Dierum spatia ultra nr̄i orbis mensurā: Nox clara: & extrema britāniae Parte breuis: ut finem atqȝ inicium lucis exiguo discrimine internoscas: ꝗ si nubes nō officiant aspici pē noctem solis fulgorē, Nec occidere & exūgere, sed transire affīmant: Scilic& extrema & plana tērarum humili umbra non erigūt tenebras. Infraqȝ coelum aͤc sidera nox cadit: Solum, praeter oleam uitemqȝ & coetera calidioribus tēris oriri sueta patiens: frugum foecundum: tarde mitescūt, cito proueniūt eademqȝ utriusqȝ rei causa, Multus umor tērarū coeliqȝ: fert britannia aurum & argentum, & alia metalla, precium uictoriae: Gignit &| oceanus margarita, sed subfusca ac liventia: Quidam artem abêê legentibus arbitrantū: Nam in rubro mari uiua ac spirantia saxis auelli, In britānia prout expulsa sīt colligi: Ego facilius crediderim naturā margaritis dêê q̃ nobis auaritiam: Ipsi britāni delectum ac tributa et iniūcta imperii munera impigre obeunt: si iniuriae absīt: has egre tollerāt, iam domiti vt pareant, nondum vt seruiant: Igitū primus ōnium romanorum Diuus Iulius cum exercitu Britāniam ingressus q̃q̃ prospera pugna tēruerit incolas, ac littore potitus sit, potest uideri oūdisse posteris, non tradidisse: Mox bella ciuilia, & in rem .p. uersa principum arma, ac longa obliuio britāniȩ etiam in pace: Consilium id diuus augustus uocabat, Tiberius precipue "agitasse Caium Cæsarē de intranda Britannia satis constat: ni uelox ingenio, mobili penitentiae & in-

./ pceptū. m. 1.

1. *corr. m. 1.* — 2. *corr. m. 1.* — 13. ac *m. 1 corr.*

Varietas codicis B.

1. uictis euenit. — 2. cȩteri. — impedite. — 3. prȩliantur. — 5. gentis. — quam *Fol.* 67r. — 6. tribusue. — 7. cȩlum. — 8. imbribus. — fedum. — est. — 9. parte Britanniae. — 10. initium. — 12. nec exurgere. — adfirmant. — 13. cȩlum et sydera. — 14. cȩtera. — 15. fecundum. — 16. humor *etiam A sec. Hinck; ego* h *expunctum esse annotaveram.* — terrarumque cȩlique. — 17. prȩtium uictoria. — 18. suffusa. — liuenta. — 23. iniuriȩ — ȩgre tolerant. — 24. diuus. — 25. quanquam. — 26. litore. — 28. iam in pace. — Diuus Aug. — 29. prȩceptū. i. agitasse. Caium. — Cȩsarem. — 30. ingenii, mobilis penitentiȩ.

mox segnitia cum otio intravit, amissa virtute pariter ac libertate. Quod Britannorum olim victis evenit: ceteri manent quales Galli fuerunt.

12. In pedite robur, quaedam nationes et curru proeliantur: honestior auriga, clientes propugnant. Olim regibus parebant, nunc per principes factionibus et studiis distrahuntur. Nec aliud adversus validissimas gentes pro nobis utilius quam quod in commune non consulunt. Rarus duabus tribusve civitatibus ad propulsandum commune periculum conventus: ita singuli pugnant, universi vincuntur. Caelum crebris imbribus ac nebulis foedum; asperitas frigorum abest. Dierum spatia ultra nostri orbis mensuram, nox clara et extrema Britanniae parte brevis, ut finem atque initium lucis exiguo discrimine internoscas. Quod si nubes non officiant, aspici per noctem solis fulgorem, nec occidere et exsurgere sed transire adfirmant. Scilicet extrema et plana terrarum humili umbra non erigunt tenebras, infraque caelum et sidera nox cadit. Solum praeter oleam vitemque et cetera calidioribus terris oriri sueta patiens, frugum fecundum: tarde mitescunt, cito proveniunt; eademque utriusque rei causa, multus umor terrarum caelique. Fert Britannia aurum et argentum et alia metalla, pretium victoriae. Gignit et | oceanus margarita, sed subfusca ac liventia. Quidam artem abesse legentibus arbitrantur nam in rubro mari viva ac spirantia saxis avelli, in Britannia prout expulsa sint, colligi: ego facilius crediderim naturam margaritis deesse quam nobis avaritiam.

13. Ipsi Britanni dilectum ac tributa et iniuncta imperii munera impigre obeunt, si iniuriae absint: has aegre tolerant, iam domiti ut pareant, nondum ut serviant. Igitur primus omnium Romanorum divus Iulius cum exercitu Britanniam ingressus, quamquam prospera pugna terruerit incolas ac litore potitus sit, potest videri ostendisse posteris, non tradidisse. Mox bella civilia et in rem publicam versa principum arma, ac longa oblivio Britanniae, etiam in pace: consilium id divus Augustus vocabat, Tiberius praeceptum. Agitasse Caium Caesarum de intranda Britannia satis constat, ni velox ingenii, mobilis paenitentiae, et ingentes adversus

3. *Nuper conieceram:* In equite, *quam coniecturam nunc abicio.*

6. distrahuntur *Heinsius.*

10. Caelum *et quae sequuntur usque ad finem cap. 12. Reifferscheid. inter extremum cap. 10. et initium capitis 11. collocavit.*

26. dilectum *Rigler et sic passim*

Aulus Plancius: Ostorius Scapula. Cogidunus Rex: Didius Gallus: Veranius: Suetonius Paulinus: Mona. Ins.

gentes adūsus germaniam conatus frustra fuiss&: Diuus claudius autoritate operis, transuectis legionibus auxiliisq; & assumpto in partem rerum vespasiano, Quod initium uenturae mox fortunae fuit Domitiae Gentis, capti reges, & monstratus fatis uespasianus: Consularium Primus Aulus Plantius praepositus, ac subinde Ostorius Scapula vtq; bello egregius: Redactaq; paulatim in fōmam prouintię, proxima ps britanniae, addita insuper veteranorum colonia, Quaedam ciuitates Cogidumno regi donatae: Is ad nrām usq; memoriam fidissimus māsit, vt uetere ac iam pridem Recepta populi. R. consuetudine, hēr& instrumēta seruitutis & regis: Mox didius gallus parta a prioribus continuit, paucis admodum castellis in ulteriora promotis per quae fama aucti officii quaereretū: Didium Veranius excepit: isq; intra añum extinctus ē: Suetonius hinc paulinus biennio prosperas r̄s hūit subactis nationibus, firmatisq; presidiis, Quorum fiducia Monā insulam, vt uires rebellibus ministrantem, adgressus terga occasioni patefecit: Namq; absentia legati, remoto metu Britanni agitare intē se mala seruitutis, confēre iniurias, & interpretando accendere, nihil profici pacientia nisi ut grauiora tanq̄ ex facili tollerantibus imperētū: singulos sibi olim reges fuisse, nunc binos imponi, e quibus Legatus in sanguinē, Procurator in bona sęuir&: ęque discordiam praepositorū, ęque concōdiam, subiectis exitiosam: alterius mānum centurionis, alterius seruos, uim & contumelias miscere: nihil iam cupiditati, nihil libidini exceptum: in prelio fortiorē ēē qui spoliet: Nūc ab ignauis plerumq; & imbecillibus eripi domos, abstrahi liberos, iniungi delectus, tanq̄ mori tīn pro pr̄ia nescientibus: quantulum. N. transisse militum si se se Britanni numer&: sic gēmanias excussisse iugum, & fluīe non oceano defendi: Sibi pr̄iam, coniuges, parētes, illis auariciā & luxuriam cās belli ēē: recessuros, ut diuus Iulius recessiss&: modo uirtutē maiorum suorum emularentū· Neue prelii unius aut alterius euentu pauescer&: Plus impetus, Maiorē constantiā penes miseros ēē: Iam Britānorum &m

1. *post* adu *finis versus.* — 2. *post* autorita *finis versus.* — 22. m *in* s *corr. m. 1.*

Varietas codicis B.

1. *post* Germaniam *Fol. 67v.* — 2. auctoritate — adsumpto. — 3. fuit Domitię gentis. — 5. A. — p̃positus. — 6. prouincię. — 8. Cogidunno — donatę. — 9. po. R. — 10. & *om.* Regis. — 11. pauc. — 14. pręsidiis quo4 (*non* e quorum). — 15. Nomā. — 16. Nanque — mętu. — 17. interprętando. — 18. sapientia. — 19. tolerantibus — imperātur.. — 21. seuiret — ęq̃ *utroque loco.* — 22. manum. — 23. pręlio. — imbellibus. — 25. tantum. — 26. sese *coniunxit postea m. 1.* — 27. Oceano *Fol. 68r.* — 28. auaritiā. — 29. Diuus. — 30. pręlii.

Germaniam conatus frustra fuissent. Divus Claudius auctor iterati operis, transvectis legionibus auxiliisque et adsumpto in partem rerum Vespasiano, quod initium venturae mox fortunae fuit: domitae gentes, capti reges et monstratus fatis Vespasianus.

14. Consularium primus A. Plautius praepositus ac subinde Ostorius Scapula, uterque bello egregius, redactaque paulatim in formam provinciae proxima pars Britanniae, addita insuper veteranorum colonia. Quaedam civitates Cogidumno regi donatae (is ad nostram usque memoriam fidissimus mansit), ut vetere ac iam pridem recepta populi Romani consuetudine haberet instrumenta servitutis et regiminis. Mox Didius Gallus parta a prioribus continuit, paucis admodum castellis in ulteriora promotis, per quae fama aucti officii quaereretur. Didium Veranius excepit, isque intra annum extinctus est. Suetonius hinc Paulinus biennio prosperas res habuit, subactis nationibus firmatisque praesidiis, quorum fiducia Monam insulam ut vires rebellibus ministrantem adgressus terga occasioni patefecit.

15. Namque absentia legati remoto metu Britanni agitare inter se mala servitutis, conferre iniurias et interpretando accendere: nihil profici patientia nisi ut graviora tamquam ex facili tolerantibus imperentur. Singulos sibi olim reges fuisse, nunc binos imponi, equibus legatus in sanguinem, procurator in bona saeviret. Aeque discordiam praepositorum, aeque concordiam subiectis exitiosam. Alterius centuriones, alterius servos manum, vim et contumelias miscere. Nihil iam cupiditati, nihil libidini exceptum. In proelio fortiorem esse qui spoliet: nunc ab ignavis plerumque et imbellibus eripi domos, abstrahi liberos, iniungi dilectus tamquam mori tantum pro patria nescientibus. Quantulum enim transisse militum, si sese Britanni numerent? Sic Germanias excussisse iugum: et flumine, non oceano defendi. Sibi patriam coniuges parentes, illis avaritiam et luxuriam causas belli esse. Recessuros, ut divus Iulius recessisset, modo virtutem maiorum suorum aemularentur. Neve proelii unius aut alterius eventu pavescerent: plus impetus superbis, maiorem constantiam penes miseros esse. Iam

---

1. tanti *Bezzenberger* iterati *Döderlein et Wex.*

3. Domitae gentes *Puteol.* — 5. Plautius *Rhenanus.*

10. et regiminis *ego.* ut *ante* haberet *transposuit et* reges *scripsit Rhenanus.*

23. manus *huc ego transposui.* — centuriones *Rhenanus.*

32. *lacunam animadvertit Acidalius;* plus illis impetus *Hofmann — Peerlkamp, ego explevi ut potui.*

deos misereri, qui romanum ducē absentem, qui relegatum in alia insula exēcitum detinerent: Iam ipōs quos[d] difficillimū fuerit deliberare: Porō in eiusmodi consiliis periculosius ėė deprehendi q̄ audere: His atq; talibus inuicē instincti, Voadicca generis regii foemina duce (Neq; .N. sexum in imperiis discernūt) sumpsere uniuersi bellum ac spāsos per castella milites consectati, expugnatis presidiis ipām Coloniam inuasere ut sedē seruitutis. Nec ullum in barbaris saeuitię genus omisit ira & uictoria: Quod nisi paulinus cognito prouintiae motu propere sb'ueniss&, amissa Britannia for&, quam unius praelii fōtuna ueteri patientiae restituit: tenentibus arma plerisq; ./ quos conscientia defectionis & propi' ex legato timor agitabat ne quaq̄ egregius, coetera arroganter in deditos, & ut suae eiusq;; iniurię ultor durius consuler&: Missus igitur Petronius tūpilianus, tanq̄ exorabilior: & delictis hostium nouus | eoq; poenitentiae mitior (Compositis prioribus nihil ultra usus) Trebellio max. prouintiam tradidit: Trebellius segnior & nullis castrorum experimētis, comitate quadam curandi prouintiam tenuit: Didicere iam barbari q̄; ignoscere uitiis blandientibus: & intēuentus ciuilium armorū praebuit iustam segnitiae excusationem: Sed discordia laboratum, cum assuetus expeditionibus miles otio lasciuer&, Trebelli' fuga ac latebris uitata, exercitus ira indecoris atq; humilis, precario mox prȩfuit, ac uelut p'acti exercitus licentiā dux salutē, & seditio sine sanguine stetit: Nec uectius uolanus manentibus adhuc ciuilibus bellis agitauit Britanniam disciplina, Eadem inertia erga hostes, similis petulantia castrorum, nisi ꝗ innocēs Volanus, & nullis delictis inuisus, caritatem parauerat loco auctoritatis: Sed vbi cum coetero orbe vespasianus & Britanniam recuperauit, Magni duces, egregii exercitus, minuta hostium spes, & tērorem statī intulit: Petilius Cærealis, Bregantū ciuitatem, quae numerosissima prouintiae totius perhibetū aggressus, multa prelia & aliquando nō incruenta, Magnamq; Bregantum pātem aut uictoria amplexus ē

[Margin: ./ neq̄. — € — ·/ Al. facta exercitus licētia ducis salute.]

2. s *in* d*mutavit m. 1.* — 15. ausus *e correctura m. 2 pro* & usus, *ut videtur.* — 20. lasciuiret *sec. Wex.* — 31. *ex* Bregantium *corr. m. 1.*

Varietas codicis B.

4. Voaduca. — 5. femina — nec. — 7. prȩsidiis. — 8. seuitię. — 9. prouincię. — 10. prȩlii. — 11. pleriq;. — 12. agitabat — nequaq̄. egregius. — cȩtera. — 14. nouis — poenitentię. — 15. ausis — maximo prouinciam. — 17. prouinciam. — 19. seuitię acusationem. — 20. ocio — lasciuiret. — 21. prȩcario mox fuit. — 22. *post* pac *Fol. 68*[v.] — salute — 23. uectius Bolanus. — 24. et eadem. — 25. hostis — Bolanus. — 27. cȩtero. — 29. cerealis. — 30. prouincię — perhiberet — agressus — prȩlia. — 31. Bregantium.

Britannorum etiam deos misereri, qui Romanum ducem absentem, qui relegatum in alia insula exercitum detinerent; iam ipsos, quod difficillimum fuerit, deliberare. Porro in eius modi consiliis periculosius esse deprehendi quam audere.

16. His atque talibus in vicem instincti Boudicca generis regii femina duce (neque enim sexum in imperiis discernunt) sumpsere universi bellum; ac sparsos per castella milites consectati, expugnatis praesidiis ipsam coloniam invasere ut sedem servitutis; nec ullum in barbaris saevitiae genus omisit ira et victoria. Quod nisi Paulinus cognito provinciae motu propere subvenisset, amissa Britannia foret; quam unius proelii fortuna veteri patientiae restituit, tenentibus arma plerisque, quos conscientia defectionis et propius ex legato timor agitabat. Missus igitur, ne quamquam egregius cetera adroganter in deditos et, ut suae quisque iniuriae ultor, durius consuleret, Petronius Turpilianus tamquam exorabilior. Et delictis hostium novus eoque paenitentiae mitior compositis prioribus nihil ultra ausus Trebellio Maximo provinciam tradidit. Trebellius segnior et nullis castrorum experimentis, comitate quadam curandi provinciam tenuit. Didicere iam barbari quoque ignoscere vitiis blandientibus, et interventus civilium armorum praebuit iustam segnitiae excusationem: sed discordia laboratum, cum adsuetus expeditionibus miles otio lasciviret. Trebellius, fuga ac latebris vitata exercitus ira, indecorus atque humilis precario mox praefuit, ac, velut, pacti exercitus licentiam dux salutem essent, seditio sine sanguine stetit. Nec Vettius Bolanus, manentibus adhuc civilibus bellis, agitavit Britanniam disciplina: eadem inertia erga hostis, similis petulantia castrorum, nisi quod innocens Bolanus et nullis delictis invisus caritatem paraverat loco auctoritatis.

17. Sed ubi cum cetero orbe Vespasianus et Britanniam reciperavit, magni duces, egregii exercitus, minuta hostium spes. Et terrorem statim intulit Petilius Cerialis, Brigantum civitatem, quae numerosissima provinciae totius perhibetur, adgressus. Multa proelia, et aliquando non incruenta; magnamque Brigantum partem

5. Boudicca *Haase.*

13. 14. *transposuit Doederlein* — quisque *Nipperdey.*

23. indecorus *Puteolanus.*

24. pacti essent . . . . ea [*Döderlein*] *Ritter*, pacti . . . . esset *Halm*, pacti . . . . essent *ego in praelectionibus.*

31. Cerialis *Lipsius.*

aut bello: Et Caerealis quidem alterius successoris curam famamqȝ fra (infra?) obruiss&: Sustinuitqȝ molem Iulius frontinus uir magnus Quantum licebat: validamqȝ & pugnacem Silurum gentem armis subegit: super uirtutem hostium locorum q̊ȝ difficultates eluctatus: Hunc britañiae statum, Has bellorum uices media iam aestate, transgressus agricola inuenit: cum & milites uelut omissa expeditione ad securitatem, & hostes ad occasionem v̇terentũ: Ordouicum ciuitas haud multo ante aduentum eius alam in finibus suis agen- " Ala. Alauda. tem, prope uniuẽsam obtriuerat: eoqȝ initio erecta prouintia, & quibus bellum uolentib' erat, probare exemplum, ac recentis legati animũ opperiri: cum agricola q̃q̃ transuecta aestas sparsi per prouinciam numeri, praesumpta | apud militem illius anni quies tarda, & contraria bellum incoᵸaturo & plerisqȝ custodiri suspecta potius uidebatũ ire obuiam discrimini statuit: contractisqȝ legionum uexillĩs & modica auxiliorum manu, q² in aequum digredi ordouices non audebãt, ipẽ ante agmen, quo coeteris par animus simili periculo ėėt, erexit aciem: caesaqȝ prope uniuersa gẽte nõ ignarus instandum famae, ac prout prima cessiss& terᵒrem coeteris fore, Monam insulam cuius possessione reuocatum Paulinum rebellione totius britanniae supra memoraui, redigere in potestatẽ animo intendit: sed ut in dubiis consiliis naues deerãt, ratio & constantia ducis tranuex, depositis oñibus sarcinis, lectissimos auxiliarium, quibus nota vada & p̃ius nandi usus, quo simul seqȝ & arma & equos regunt: ita repente ĩmisit, vt obstupefacti hostes qui classem, qui nauis, qui mare expectabant, nihil arduum aut inuictum crediderĩt, sic ad bellũ uenientibus: ita petita pace, ac dedita insula, clarus ac magnus hẽri agricola, quippe cui ingredienti prouinciam, q̄d tempus alii per ostentationẽ & officiorum ambitum transigt, labor & periculum placuiss&: Nec agricola prosperitate rerum in uanitatẽ usus expeditionem aut uictoriam uocabat, uictos continuisse: Ne laureatis quidem gesta prosecutus ẽ: sed ipã dissimulatione

7. *super* vterentũ *crucis signo vitium indicatur.* — 8. *In indice prope contextum in margine ex* IN *effectum est* C̄N. — *ante v.* alam *in contexto litura* all *delevit m. 1.* — 13. *Fuerat* incoaturo, *mutavit m. 1.*

Varietas codicis B.

1. cerealis. — 2. Substinuitqȝ. — 4. loco4q; — 5. Britannia. — 7. uerterentur. — 8. Alam. — 9. prouincia. — 10. ex$^{m.}$ 11. quanq̃. — 13. incohaturo. — 15. quia. — 16. cȩteris (*sic deinceps*). — 17. *post* ignarus *Fol. 69*$^{r.}$ — 19. Nomam. — 20. potãte. — 21. (naues deerant.) — 25. tranare extra. — 23. prius. — 27. potita. — 27. hr̃i. — 31. nec laureatis.

aut victoria amplexus est aut bello. Et Cerialis quidem alterius successoris curam famamque obruisset: sed subiit sustinuitque molem Iulius Frontinus, vir magnus quantum licebat, validamque et pugnacem Silurum gentem armis subegit, super virtutem hostium locorum quoque difficultates eluctatus.

18. Hunc Britanniae statum, has bellorum vices media iam aestate transgressus Agricola invenit, cum et milites velut omissa expeditione ad securitatem et hostes ad occasionem verterentur. Ordovicum civitas haud multo ante adventum eius alam in finibus suis agentem prope universam obtriverat, eoque initio erecta provincia. Et quibus bellum volentibus erat, probare exemplum ac recentis legati animum opperiri, cum Agricola, quamquam transvecta aestas, sparsi per provinciam numeri, praesumpta apud militem illius anni quies, tarda et contraria bellum inchoaturo, et plerisque custodiri suspecta potius videbatur, ire obviam discrimini statuit; contractisque legionum vexillis et modica auxiliorum manu, quia in aequum degredi Ordovices non audebant, ipse ante agmen, quo ceteris par animus simili periculo esset, erexit aciem. Caesaque prope universa gente, non ignarus instandum famae ac, prout prima cessissent, terrorem ceteris fore, Monam insulam, a cuius possessione revocatum Paulinum rebellione totius Britanniae supra memoravi, redigere in potestatem animo intendit. Sed ut in subitis consiliis naves deerant: ratio et constantia ducis transvexit. Depositis omnibus sarcinis lectissimos auxiliarium, quibus nota vada et patrius nandi usus, quo simul seque et arma et equos regunt, ita repente inmisit, ut obstupefacti hostes, qui classem, qui navis, qui mare expectabant, nihil arduum aut invictum crediderint sic ad bellum venientibus. Ita petita pace ac dedita insula clarus ac magnus haberi Agricola, quippe cui ingredienti provinciam, quod tempus alii per ostentationem et officiorum ambitum transigunt, labor et periculum placuisset. Nec Agricola prosperitate rerum in vanitatem usus expeditionem aut victoriam vocabat victos continuisse; ne laureatis quidem gesta prosecutus est, sed ipsa dissimu-

2. sed *ego* subiit *Halm in priore editione, nisi malis* suscepit.
17. degredi *Acidalius.*
20. a *add. Bipontini.*
22. subitis *J. Fr. Gronovius.*

famae, famam auxit, aestimantibus quāta futuri spe tam magna tacuiss&: Coeterum animorum prouinciae prudēs, simulq; doctus per aliena exempla experimenta parum profici armis si iniuriae sequerentū, causas bellorum statuit excidere, a se suisq; orsus, primam domum suam cohercuit, Quod plerisq; haud minus arduum est q̄ prouintiam regere, Nihil per liberos seruosq; publicae rei nō studiis priuatiš nec ex cōmendatione aut precibus centurionē, milites, nescire: sed optimum quēq; fidissimum putare: oīa scire, non oīa exequi: Paruis peccatis veniam, Magnis seueritatem cōmodare: Nec poena semper, sed saepius poenitentia contentus esse: | officiis & administrationibus potius nō peccaturos praeponere, q̄ dānare cū peccass&: Frumenti & tributorum aúctionē inæqualitate mvnerū mollire, circumcisis q̧ in questum reperta ipō tributo grauius tolerabātū: Nanq; per ludibrium assidere clausis hordeis & emere ultro fru‟menta ac ludere pretio cogebantū: Diuortia itinerum & longinquitas regionum indicebatur, vt ciuitates proximis hybernis in remota & auia deferent, Donec quod ōnibus in promptu erat, paucis lucrosum fier&.

:
At. exactionem.

Haec primo statim anno comprimendo egregiam famam paci circumdedit, quae uel incuria uł intollerantia priorum haud minus q̄ bellum timebatū: Sed vbi ęstas aduenit contracto exercitu multus in agmine laudare modestiam, disiectos cohercere, loca castris ipē capere, aestuaria ac siluas ipse praetemptare: & nihil interim apud hostes quietū pati, quo minus subitis excursibus popularetū: Atq; vbi satis terūerat, parcendo rursus īcitamenta pacis oītare: Quibus rebus młtae ciuitates quae in illum diem ex aequo egerāt datis obsidibus irā posuere: & presidiis castellisq; circundatae, & tanta ratione curaq; vt nulla ante Britanniae noua pars illacessita

3. exempla *delev. m. 1.* — 6. priuatis *in* priuatius *mutav. m. 1.* — 10. *post* esse: *Fol. v.* — 12. inæqualitate *postea coniuncta a m. 1.* — mvnerū *e* monerū *corr. m. 1.* — 14. horreis *ex* hordeis *corr. m. 1.* — 15. ac ludere *corrupta esse indicat signum in margine.* — 19. in curia *postea coniun. x m. 1.* — 20. multus *in* multum *mut. m. 1.* — 24. Iritamenta *postea a m. 1.* r *in* c *mutatum.* 27. curaq; *in fine versus.*

Varietas codicis B.

2. famę. — 2. anīo4. — 3. experimenta. — incurię. — 4. p̄mū. — 5. prouinciam. — 6. pp.ce rei. — priuatius. — 7. pręcib'. — centurionem milites nescire. — 8. opt.m quenq;. — 12. exāctionem *in margine* . . āuctiones. — in ęqualitate (*finis versus*) munerum. — circūcisisq;. — 14. adsidēr *Fol. 69v.* — horreis — ac ludere *etiam B.* — 15. prętio. — 16. hibernis. — 18. cōprimendo. — 19. incuria. — intolerantia. — 20. multū. — 22. prętentare. — 23. hostis. — popularēt: Atq;. — 24. irritamenta,

latione famae famam auxit, aestimantibus quanta futuri spe tam magna tacuisset.

19. Ceterum animorum provinciae prudens, simulque doctus per aliena experimenta parum profici armis, si iniuriae sequerentur, causas bellorum statuit excidere. A se suisque orsus primum domum suam coercuit, quod plerisque haud minus arduum est quam provinciam regere. Nihil per libertos servosque publicae rei, non studiis privatis nec ex commendatione aut precibus centurionem militesve ascire, sed optimum quemque fidissimum putare; omnia scire, non omnia exsequi; parvis peccatis veniam, magnis severitatem commodare; nec poena semper, sed saepius paenitentia contentus esse; officiis et administrationibus potius non peccaturos praeponere, quam damnare cum peccassent. Frumenti et tributorum exactionem aequalitate munerum mollire, circumcisis quae in quaestum reperta ipso tributo gravius tolerabantur. Namque per ludibrium adsidere clausis horreis et emere ultro frumenta auctiore pretio cogebantur; devortia itinerum et longinquitas regionum indicebatur, ut civitates proximis hibernis in remota et avia deferrent, donec quod omnibus in promptu erat, paucis lucrosum fieret.

20. Haec primo statim anno comprimendo egregiam famam paci circumdedit, quae vel incuria vel intolerantia priorum haud minus quam bellum timebatur. Sed ubi aestas advenit, contracto 79
exercitu multus in agmine, laudare modestiam, disiectos coercere, loca castris ipse capere, aestuaria ac silvas ipse praetemptare; et nihil interim apud hostes quietum pati, quo minus subitis excursibus popularetur; atque ubi satis terruerat, parcendo rursus invitamenta pacis ostentare. Quibus rebus multae civitates, quae in illum diem ex aequo egerant, datis obsidibus iram posuere, et praesidiis castellisque circumdatae et tanta ratione curaque habitae, ut nulla ante Britanniae nova pars tam illacessita transierit.

4. iniuriae *Puteolanus.*

6. coercuit *Rhenanus.*

7. libertos *Puteolanus.*

9. militesve *Wex.*

11. accommodare *Ritter.* — 14. in *delev. Puteolanus.*

17. auctiore *ego* (*Philol. Anzeiger* 1869 p. 200), *nisi malis* acriore, *quod nescio an praestet* (cf. ann. IV, 6). — devortia *Lipsius.*

26. invitamenta *Acidalius.*

29. habitae *Ritter in ed. a. 1848* — sic *aut* ita *addi voluit Ernestius*, pariter *Froehlich*, perinde *Ritter*, tam *ego*, *nescio num primus*; *Engelium* tam *vel* ita *supplendo intellexisse refert Walther.*

transierit: Sequẽs hyems salubẽrimis consiliis adsumpta: Namq; vt homines dispersi ac rudes, eoq; in bello faciles, quieti & otio per uoluptates adsuescer&̃, hortari priuatim, adiuuare publice, vt templa, fora, domos extruer&̃ laudando promptos, & castigando segnes: ita honoris ęmulatio pro necessitate erat: Iam nõ principum filios liberalibus artibus erudire, & ingenia Britannorum studiis gallorum antefẽre, vt qui mõ linguam romanam abnuebant, eloquentiam concupiscer&̃: Inde &̃ hĩtus nr̃i honor, & frequens toga, Paulatimq; discessum ad delinimenta uitiorum, Porticus & balinea & conuiuiorum elegantiam: idq; apud imperitos humanitas uocabatũ, cum pars seruitutis eẽt./

Tertius expeditionum annus nouas gentes aperuit: vastatis usq; ad | tanaum, aestuario nomẽ est nationibus: qua formidine tẽriti hostes, q̃q̃ conflictatum saeuis tempestatibus exercitum lacessere nõ ausi, ponendisq; insuper castellis spatium fuit: Adnotabant periti nõ alium ducẽ opportunitates locorum sapientius legisse: nullum ab agricola positum castellum, aut vi hostium expugnatum, aut pactione ac fuga desertum: Crebrae eruptiones: Nam aduẽsus moras eruptionis obsidionis annuis copiis firmabantũ: ita intrepida ibi hyems, & sibi qsq; presidio ĩritis hostibus, eoq; desperationibus, quia soluti plerũq; dãna aestatis, hibernis euentibus pensare, tum aestata atq; hyeme iuxta pellebantũ: Nec agricola unq̃ per alios gesta auidus intẽcepit: seu centurio seu prefectus incor̃uptum facti testem hẽbat: Apud quosdã acerbior in conuiuiis nar̃abatũ: vt erat comis bonis, ita aduersus malos iniocundus: Coeterum ex iracundia nihil supererat secretum, vt silentiũ eius non timeres, honestius putabat offendere q̃ hodisse: Qvarta aestas obtinendis quę percueũrerat insumpta, ac si uirtus exercituum & romani nominis gloria pateretũ inuentus in ipã Britãnia tẽminus: Nanq; Clota & Bodotria diuersi

Taus, siue Tanaus:

./telis.

9. balnea *in* balinea *mut. m. 1.* — 13. *Fol. r.* — taum *in interiore margine m. 1.* — 15. telis *in marg. a m. 1.* — 18. eruptionis *expunxit m. 1.* — 20. soluti *in* soliti *mut. m. 1.* — 24. conuiuiis *in* conuiciis *mut. a m. 1.*

Varietas codicis B.

1. saluberrimus. — 2. ocio. — 3. assuescerent. — pp.[ce] — 5. emulatõ (*in fine versus*). — 6. Gallorũ. — 8. paulatimq;. — 9. deliniamenta. — balneas. — 12. gentis. — 13. Tanaum. — 14. quanquam, *post* conflic *Fol. 70r.* — 16. oportunitates. — 17. aut fuga — moras obsidionis. — 19. hiems. — 20. soliti plerunq;. — 21. pensar̃ (*in fine versus*). — 22. auidius. — 24. conuiuiis. — 25. iniucundus. — Cęterum. — super erat secretum ut silentium. — 27. odisse. — Quarta. — percurrerat. — 28. gloria *om. sec. Wex. et Hinck.* — 29. Namque.

21. Sequens hiems saluberrimis consiliis adsumpta. Namque ut homines dispersi ac rudes eoque in bella faciles quieti et otio per voluptates adsuescerent, hortari privatim, adiuvare publice, ut templa fora domos extruerent, laudando promptos et castigando segnes; ita honoris aemulatio pro necessitate erat. Iam vero principum filios liberalibus artibus erudire et ingenia Britannorum studiis Gallorum anteferre, ut qui modo linguam Romanam abnuebant, eloquentiam concupiscerent. Inde etiam habitus nostri honor et frequens toga; paulatimque discessum ad delenimenta vitiorum, porticus et balinea et conviviorum elegantiam; idque apud imperitos humanitas vocabatur, cum pars servitutis esset.

22. Tertius expeditionum annus novas gentis aperuit, vastatis usque ad Tanaum (aestuario nomen est) nationibus. Qua formidine territi hostes quamquam conflictatum saevis tempestatibus exercitum lacessere non ausi, ponendisque insuper castellis spatium fuit. Adnotabant periti non alium ducem opportunitates locorum sapientius legisse; nullum ab Agricola positum castellum aut vi hostium expugnatum aut pactione ac fuga desertum; nam adversus moras obsidionis annuis copiis firmabantur. Ita intrepida ibi hiems, crebrae eruptiones et sibi quisque praesidio, irritis hostibus eoque desperantibus, quia soliti plerumque damna aestatis hibernis eventibus pensare tum aestate atque hieme iuxta pellebantur. Nec Agricola umquam per alios gesta avidus intercepit: seu centurio seu praefectus incorruptum facti testem habebat. Apud quosdam acerbior in conviciis narrabatur, ut erat comis bonis, ita adversus malos iniucundus. Ceterum ex iracundia nihil supererat; secretum vel silentium eius non timeres: honestius putabat offendere quam odisse.

23. Quarta aestas obtinendis quae percucurrerat insumpta; ac si virtus exercituum et Romani nominis gloria pateretur, inventus in ipsa Britannia terminus. Namque Clota et Bodotria diversi

---

1. absumpta *coniecit Rhenanus.*

2. bello *vel* in bellum *Rhenanus* in bella *Bosius.*

9. delenimenta *Dronke et Walther.*

10. balineas *Ritter.*

13. Tavum *Ritter et Glück.*

20. crebrae eruptiones *huc transposuerunt Halm et doctus adolescens apud Schoemann.*

23. lividus *Haupt.*

26. vel *Fr. Jacob,* aut *Haase.*

maris aestibus per īmensum reuectae angusto tērarum spatio dirimuntū, qđ tum praesidiis firmabatū, atqȝ oñis propior sinus sinus tenebatū sūmotis uelut in aliam insulam hostibus: Qvinto expeditionum annō, Naue prima transgressus ignotas ad id tempus gentes, crebris simul ac prosperis praeliis domuit: eamqȝ partem Britanniae quae hiberniam aspicit, copiis intruxit in spem magis q̄ ob formidinē: siquidem hibernia medio inter Britāniam atqȝ hispaniam sita, gallico q̊ȝ mari opportuna valentissimā imperii partē Magnis inuicem usibus miscuerit: Spatiū eius si Britanniae comparetur angustius, Nr̄i maris insulas superat: solum coelumqȝ & ingenia cultusqȝ hominū haud multum a Britānia differt: In melius aditus portusqȝ per cōmertia & negociatores cogniti: |

Agricola expulsum seditione domestica vnum ex regulis gentis exceperat, ac specie amiciciae in occasionē retinebat: Saepe ex eo audiui legione una & modicis auxiliis debellari obtineriqȝ hibēniam posse: Idqȝ & aduersus Britāniam profuturum si Romana vbiqȝ arma, & uelut e cōspectu libertas tolleretū: Caeterum aestate qua sextū officii annū incohabat amplexus ciuitates trans Bodotriam sitas, quia motus uniuersarum ultra gentiū & infesta hostilis exercitus itinera timebāt | portus classe explorauit: quae ab agricola primū adsumpta in partē uirium sequebatū, egregia specie, cum simul tēra simul mari bellū impellitū: ac saepe iisdem castris pedes equesqȝ & nauticus miles mixti copiis & leticia sua quisqȝ facta, suos casus adtoller&: ac modo siluarum ac montium profunda, Modo tempestatum ac fluctuū aduēsa, hīc tēra & hostis, hinc uictus oceanus militari iactantia compararentū: Britannos q̊ȝ, vt ex captiuis audiebatū, visa classis obstupefaciebat: tanq̄ aperto maris sui secreto ultimum uictis perfugium clauderetū:

AD manus & arma conuersi Calidoniam incolentis ppl̄i paratu magno, Maiore fama (vti mos ē) de ignotis oppugnasse ultro castellā[um] adorti, Metū vt provocantes addiderant, Regrediendumqȝ

2. sinus *alterum exp. a m. 1.* — 6. s *superscripsit m. 1.* — 12. *Fol. v.* — 14. timebāt *in fine versus.* — 21. Egregia *ex utroq. cod. annot. Wex.* — 30. occupasse *ego per errorem, nisi fallor, adscripseram.* — 31. um *sup. scr. m. 1.*

Varietas codicis B.

2. ꝗ. — sinus *semel.* — 3. Quinto. — anno, naue prima trāsgressus. — 4. gentis. — instruxit. — in formidinem. Siquidem. — 8. oportuna. — 11. differt: In melius aditus portusqȝ & cōmertia; *post* differt: *Fol. 70v.* — 18. cohabat. — 20. timebant: Portus. — 21. spē *ut passim.* — 23. misti. — lętitia. — 24. attollerent. — 27. tāquam. — 29. incolentis populi. — 30. *unci absunt.* — castella adorti metū.

maris aestibus per inmensum revectae, angusto terrarum spatio dirimuntur: quod tum praesidiis firmabatur atque omnis propior sinus tenebatur, summotis velut in aliam insulam hostibus.

24. Quinto expeditionum anno maritima transgressus ignotas ad id tempus gentis crebris simul ac prosperis proeliis domuit; eamque partem Britanniae quae Hiberniam aspicit copiis instruxit, in spem magis quam ob formidinem, si quidem Hibernia medio inter Britanniam atque Hispaniam sita et Gallico quoque mari opportuna valentissimam imperii partem magnis in vicem usibus miscuerit. Spatium eius, si Britanniae comparetur, angustius, nostri maris insulas superat. Solum caelumque et ingenia cultusque hominum haud multum a Britannia differunt; aditus portusque per commercia et negotiatores cogniti. Agricola expulsum seditione domestica unum ex regulis gentis exceperat ac specie amicitiae in occasionem retinebat. Saepe ex eo audivi legione una et modicis auxiliis debellari obtinerique Hiberniam posse; idque etiam adversus Britanniam profuturum, si Romana ubique arma et velut e conspectu libertas tolleretur.

25. Ceterum aestate qua sextum officii annum inchoabat, amplexus civitates trans Bodotriam sitas, quia motus universarum ultra gentium et infesta exercitus itinera timebantur, portus classe exploravit, quae ab Agricola primum adsumpta in partem virium sequebatur egregia specie, cum simul terra simul mari bellum impelleretur, ac saepe isdem castris pedes equesque et nauticus miles mixti copiis et laetitia sua quisque facta, suos casus attollerent, ac modo silvarum ac montium profunda, modo tempestatum ac fluctuum adversa, hinc terra et hostis, hinc victus oceanus militari iactantia compararentur. Britannos quoque, ut ex captivis audiebatur, visa classis obstupefaciebat, tamquam aperto maris sui secreto ultimum victis perfugium clauderetur. Ad manus et arma conversi Calidoniam incolentes populi paratu magno, maiore fama, uti mos est de ignotis, oppugnare ultro castella adorti, metum ut provocantes addiderant; regrediendumque citra Bodotriam et excedendum

4. maritima *ego* (*i. e. regiones Clotae vicinas*).

12. differunt *Rhenanus* — in melius, *quae vocabula e Solini loco c. 22, 2* (*cll. Dicuil 6, 2*) *orta sunt, delevit Wex.*

21. hostilis exercitus *delev. Selling*, hostilis *ego*. — timebantur *Puteol.*

23. impelleretur *Rhenanus.*

32. oppugnare *Rhenanus.*

citra bodotriam & excedendū potius q̄ pellerentū, ignaui specie prudentium admonebāt: cum interim cognoscit hostis pluribus agmĩnibus ĩruptōros,_ac, ne superante nūo, & pericia locorum circumiretū, diviso & ipē in tres partes exēcitu, incessit: Quod vbi cognitum hosti, mutato repente consilio, uniuēsi nonā legionem ut maxime inualidā nocte aggressi inter sōnum ac trepidationē caesis uigilibus ĩrumpe: iamq; in ĩpis castris pugnabatū, cū agricola iter hostium ab exploratoribus edoctus, & uestigiis insecutus velocissimos equitum peditumq; adsultare tergis pugnantiū iub&: Mox ab uniuersis adijci clamorē: & propinqua luce fulsere signa: Ita ancipiti malo tēriti Britāni, & Romanis redit animus: | ac securi pro salute de gloria certabāt: Vltro quin &̃ erupere & fuit atrox in ĩpis portarum angustiis prelium, Donec pulsi hostes utroq; exercitu certante, his intulisse opem, illis ne eguisse auxilio uiderentū: Quod nisi paludes & silue fugientes texissēt, Debellatum illa uictoria for&: Cuius conscientia ac fama ferox exercitus, nihil virtuti sue inuium, & penetrandam Calidoniam, inueniendumq; tādem Britāniae tēminum, continuo praeliū cursu fremebāt: atq; illi modo cauti ac sapientes, Prompti post euentū ac magniloqui erāt: Iniqssima haec bellorū conditio ē: Prospera ōnes sibi uindicant, aduersa uni imputantū: At Britañi non uĩtute sed occasione & teā | ducis . rati, nihil ex aĩogantia remittere, quo minus iuuentutē armar&, coniuges ac liberos in loca tuta transfērent, coetibus ac sacrificiis conspirationē ciuitatum sancirent/ Atque ita iĩitatis utrinq; animis discessum: Eadem aestate cohors Vsiporum per gēmanias conscripta, & in Britanniam transmissa, magnū ac memorabile facinus ausa ē: Occiso centurione ac militibus, qui ad tradendam disciplinam, ĩmixtis Manipulis, exemplum & rectores hēbantū, Tres liburnicas, adactis per uim gubernatoribus, ascendere; & uno remigante, suspectis duobus eoq; interfectis, nondum uulgato rumore,

2. prudentium *corr. e* prudentię *m. 1, sed utra lectio prior fuerit, non liquet.* — 3. o *in* v *corr. m. 1.* — 7. ₑm *delev. m. 1.* — 11. *Fol. r.* — 12. ērupere *lineolam delev. m. 1.* — 20. uindicant (e *sup. scr. m. 1*). — 22. āte *in fine versus.* — ducis. *Puncto ceterum insolito fortasse lacuna indicatur.*

Varietas codicis B.

1. spē prudentium. — 2. irrupturos, ac. — 4. tris. — 6. noctē. — agressi. — 7. irrupere. — *post* castris *Fol. 71r.* — 11. Britannii. — 12. erupe. — 15. rexissent. — 16. consciā. — 17. penetrandum. — Britannię (*sic passim*). — 18. terminum continuo prelium. — 22. ducis rati. — 23. cetibus. — 24. ciuitatium. — 25. vsipio4. — 28. inmistis. — Tris. — 29—30. *interpunctione carent.*

potius quam pellerentur ignavi specie prudentium admonebant, cum interim cognoscit hostis pluribus agminibus irrupturos; ac ne superante numero et peritia locorum circumiretur, diviso et ipse in tris partes exercitu incessit.

26. Quod ubi cognitum hosti, mutato repente consilio universi nonam legionem ut maxime invalidam nocte adgressi, inter somnum ac trepidationem caesis vigilibus irrupere. Iamque in ipsis castris pugnabatur, cum Agricola iter hostium ab exploratoribus edoctus et vestigiis insecutus, velocissimos equitum peditumque adsultare tergis pugnantium iubet, mox ab universis adici clamorem; et propinqua luce fulsere signa. Ita ancipiti malo territi Britanni, et Romanis rediit animus, ac securi pro salute de gloria certabant. Ultro quin etiam erupere, et fuit atrox in ipsis portarum angustiis proelium, donec pulsi hostes, utroque exercitu certante, his ut tulisse opem, illis ne eguisse auxilio viderentur. Quod nisi paludes et silvae fugientes texissent, debellatum illa victoria foret.

27. Cuius conscientia ac fama ferox exercitus nihil virtuti suae invium et penetrandam Calidoniam inveniendumque tandem Britanniae terminum continuo proeliorum cursu fremebant; atque illi modo cauti ac sapientes prompti post eventum ac magniloqui erant. Iniquissima haec bellorum condicio est: prospera omnes sibi vindicant, adversa uni imputantur. At Britanni non virtute sed occasione et arte ducis victos se rati, nihil ex adrogantia remittere, quo minus iuventutem armarent, coniuges ac liberos in loca tuta transferrent, coetibus ac sacrificiis conspirationem civitatium sancirent. Atque ita irritatis utrimque animis discessum.

28. Eadem aestate cohors Usiporum per Germanias conscripta et in Britanniam transmissa magnum ac memorabile facinus ausa est. Occiso centurione ac militibus, qui ad tradendam disciplinam immixti manipulis exemplum et rectores habebantur, tris liburnicas adactis per vim gubernatoribus ascendere; et uno refugo, ante suspectis duobus eoque interfectis, nondum vulgato rumore ut miraculum

---

12. rediit *Wex.*
14. ut tulisse *Puteolanus.*
19. proeliorum *Rhenanus.*
22. virtute se *Walch.*
23. victos *Lipsius coniecerat*, ducis *Pichena delevit* se victos *Brotier add.*
30. immixti *Puteolanus.*
31. refugo, ante *ego.*

prebe. Al. vt sua. puto.

vt miraculum praeuehebantũ mox ad aquam: Atq₃ ut illa, ra|ptis secum plerisq₃ Britannorũ, sũá defensantium, proelio congressi, ac saepe victores, aliqñ pulsi, eo ad extremum inopiae uenere, ut infirmissimos suorũ, mox sorte ductos vescerentũ: Atq₃ ita circumuecti Britanniam amissis, per inscitiam regendi, nauibus, pro predonibus hĩti, primum a suebis. Mox a frisiis intercepti sunt: Ac fuere Quos per cõmertia uenundatos, & in nr̃am usq₃ ripam mutatione ementiũ adductos, indicium tanti casus illustrauit: Initio aestatis Agricola domestico uulnere ictus, anno ante natum filium | amisit: Quem casum Neq₃ ut pleriq₃ fortiũ uirorum ambitiose, Neq₃ per lamenta rũsus ac moerorẽ mulibriter tulit: & in luctu bellum inter remedia erat: Igitũ praemissa classe quae pluribus locis predatam̃ magnũ & incertum tẽrorem facer&, expedito exẽcitu, cui ex Britãnis fortissimos & longa pace exploratos addiderat ad montem Graupiãm peruenit: quem iam hostis insederat:

Graupius, Mõs. m. 1.

Nam Britanni nihil fracti pugnę prioris euentu, & ultionem aut seruitium expectantes, Tandemq₃ docti "periculũ "cõmune concõdia propulsandum, legationibus & foederibus, õnium ciuitatũ uires exciuerãt: Iamq₃ super triginta milia armatorũ aspiciebantur, & adhuc adfluebat õnis iuuentus & quibus cruda ac uiridis senectus, clari bello & sua qsq₃ decora gestantes: cum intẽ plures duces virtute & genere praestãs nõie calgacus, apud contractam multitudinẽ proelium poscentem in hũc modum locutus fertũ:

uirẽs m. 1.

Calgacus:

Quotiẽs cãs belli, & necessitatẽ nr̃am intueor, Magnus mihi animus ẽ hodiernum diem consensumq₃ vr̃um initium libertatis toti Britanniae fore. Nam & uniuẽsi sẽuitutis expertes, & nullae ultra ter̃ae, ac ne mare quidem securũ, Iminente nobis classe Romana: Ita praelium atq₃ arma, quae fõtibus honesta, eadem ẽt ignauis, tutissima sũt: Priores pugnę qbus aduẽsus Romanos uaria fõtuna certatũ est, spem ac subsidium in nr̃is manibus hẽbãt, Quia Nobilissimi

10. post filium *Fol. v.* — 13. predatam̃ (m *delev. m.* 1.) — 17. "periculum commune *transponenda esse indicav. m.* 1. —

Varietas codicis B.

1. pręuehebã|tur, mox ad aquã. Atq₃ ut illa raptis secum plerisq₃; |Britanno℞ sua defensantium pręlio congressi, ac sępe.| — 3. ue *Fol. 71*ᵛ· nore. — mo℞ (*i. e.* morum) sorte. — 5. prędonibus. — 6. primo (*fin. versus*) dum a. — mo℞ a Phrisiis. — 7. fuẽ|quos. — 8. iudicium. — 9. estatis. — 11. merorem muliebriter. — 13. predata. — 15. Graupium. — 17. cõmune pericłm. — 18. federibus. — ciuitatiũ. — 19. Ianq₃. — 22. galgacus *in* calgacus *corr. m. 1.* — 24. *Eadem compendia habet.* — intuero. — 25. consensusq₃ ur̃um. — 29. *post* fõtuna *Fol. 72*ʳ· — 30. nauibus.

praevehebantur. Mox ad aquam atque utilia raptanda egressi et cum plerisque Britannorum sua defensantium proelio congressi, ac saepe victores, aliquando pulsi, eo ad extremum inopiae venere, ut infirmissimos suorum, mox sorte ductos vescerentur. Atque ita circumvecti Britanniam, amissis per inscitiam regendi navibus, pro praedonibus habiti, primum a Suebis, mox a Frisiis intercepti sunt; ac fuere quos per commercia venumdatos et in nostram usque ripam mutatione ementium adductos indicium tanti casus inlustravit.

29. Initio aestatis Agricola domestico vulnere ictus anno ante natum filium amisit. Quem casum neque ut plerique fortium virorum ambitiose, neque per lamenta rursus ac maerorem muliebriter tulit: et in luctu bellum inter remedia erat. Igitur praemissa classe, quae pluribus locis praedata magnum et incertum terrorem faceret, expedito exercitu, cui ex Britannis fortissimos et longa pace exploratos addiderat, ad montem Graupium pervenit, quem iam hostis insederat. Nam Britanni nihil fracti pugnae prioris eventu et ultionem aut servitium expectantes tandemque docti commune periculum concordia propulsandum, legationibus et foederibus omnium civitatum vires exciverant. Iamque super centum triginta milia armatorum aspiciebantur, et adhuc adfluebat omnis iuventus et quibus cruda ac viridis senectus, clari bello et sua quisque decora gestantes, cum inter plures duces virtute et genere praestans nomine Calgacus apud contractam multitudinem in hunc modum locutus fertur:

30. 'Quotiens causas belli et necessitatem nostram intueor, magnus mihi animus est hodiernum diem consensumque vestrum initium libertatis toti Britanniae fore; nam et universi servitutis expertes et nullae ultra terrae ac ne mare quidem securum inminente nobis classe Romana. Ita proelium atque arma, quae fortibus honesta, eadem etiam ignavis tutissima sunt. Priores pugnae, quibus adversus Romanos varia fortuna certatum est, spem ac subsidium in nostris manibus habebant, quia nobilissimi totius Britanniae eoque in ipsis penetralibus siti nec servientium litora aspi-

1. utilia *Selling* raptanda *ego* egressi et *Ritter*.
7. venumdatos *Lipsius, num primus nescio.*
19. Iamque septuaginta *olim ego, nunc faciliorem mutationem praefero* (*ad numerum cf. e. g. Dio Cass. LXII, 8*).
23. *Distinxit Gantrell.*

totius Britãniae, eoq; in ip̄is penetralibus siti, Nec seruientium littora aspicientes, oculos q̊; a contactu dominationis inuiolatos hẽbamus: Nos tẽrarum ac libertatis extremos, Recessus ipẽ ac sinus famae, in hũc diem defendit: Nũc tẽminus britãniae pat&, atq; õne ignotum pro magnifico ẽ: Sed nulla iam ultra gẽs, Nihil nisi fluctus & saxa, & infestiores romani: quorum sup̄biam frustra per obseq̄um ac modestiam „ef fugeris: Raptores orbis postq̄ cuncta uastantibus | defuere, ter̃am & mare scrutantũ: si locuplẽs hostis ẽ, auari, si pauper, ambitiosi: quos nõ oriens non occidens satiauerit, soli õnium opes atq; inopiam pari affectu concũpiscunt: Aufẽre, trucidare, rapere, falsis nominibus imperium: Atq; ubi solitudinẽ faciũt, pacẽ appellant: Liberos cuiq; ac propinquos suos, natura ʰcarissimos ẽẽ uoluit: hi per delectus alibi seruituri auferuntũ: coniuges, sororesq; etiam si hostilẽ libidinem effugiãt! nomine amicorum atq; hospitum polluuntũ: Bona fõtunae Qđae in tributum aggerat añus: In fru|mentũ cõpora Ipã ac manus, siluis ac paludibus emuniendis inter uerbera ac contumelias conterunt: Nata sẽuituti mancipia semel ueneunt, atq; ultro a dominis aluntũ, Britãnia! seruitutem suam quottidie emit, Quottidie Pascit: Ac sicut in familia recentissimus quisq; seruorum, etiam conseruis ludibrio ẽ, sic in hoc orbis tẽrarum uetere famulatu noui nos et uiles in excidium petimũ: Neq; enim arua nobis aut metalla aut portus sũt quibus exercendis reseruemũ: Virtus por̃o ac ferocia sƀiectorũ ingrata imperantibus: & longinquitas ac secretum ipũm, quo tutius, eo suspectius: Ita sƀlata spe ueniae, tandem sum̃ite animum, tam Quibus salus q̄ quibus gloria ʰcarissima ẽ: Brigantes foemina duce, exurere coloniam, expugnare castra, ac nisi foelicitas in socordiam uertiss&, exuere iugum potuere: Nos integri, & indomiti & in libertatẽ non in poenitentiam laturi, primo statim congressu hostendamus quos sibi calidonia viros seposuẽit: an eandem Romanis in bello uirtutem quam in pace lasciuiam, adẽẽ creditis: nr̃is illi dissensionibus

·/ q;

6. ef *superscrips. m. 1.* — 8. *post* uastantibus *Fol. r.* — locuplẽs n *delev. m. 1.* — 12. h *superscr. m. 1.* — 16. *post* fru *finis versus.* — 26. h] *sup. scr. m. 1.* — Bri (*in fine versus*) gantes.—29. h] *expunx. m. 1.* (?). —

Varietas codicis B.

1. litora. — 7. exfugeris. — 8. *interpunctione caret.* — 10. adfectu. — 12. carissimos — 13. coniuges sorores q; — 14. ẽt si. — 15. Bona fortunę, quę in tributum aggerat annus in frumentũ corpora ipsa ac manus siluis, — 19. quottidie *his etiam B.* — 20. etiam] *om.* — 21. nec. n. — 25. sumite — *post* animum *Fol. 72v.* — 26. clarissima — femina — 27. & expugnare — fęlicitas. — 29. penitentiam — oñdamus. — 30. Calodonia. — 31. dissentionibus.

cientes, oculos quoque a contactu dominationis inviolatos habebamus. Nos terrarum ac libertatis extremos recessus ipse ac sinus in hunc diem defendit, atque omne ignotum famae pro magnifico est. Sed nunc terminus Britanniae patet, nulla iam ultra gens, nihil nisi fluctus et saxa, et infestiores Romani, quorum superbiam frustra per obsequium ac modestiam effugeris. Raptores orbis, postquam cuncta vastantibus defuere terrae, iam et mare scrutantur; si locuples hostis est, avari, si pauper, ambitiosi, quos non oriens, non occidens satiaverit: soli omnium opes atque inopiam pari adfectu concupiscunt. Aûferre trucidare rapere falsis nominibus imperium, atque ubi solitudinem faciunt, pacem appellant'.

31. 'Liberos cuique ac propinquos suos natura carissimos esse voluit: hi per dilectus alibi servituri auferuntur: coniuges sororesque etiam si hostilem libidinem effugiant, nomine amicorum atque hospitum polluuntur. Bona fortunaeque in tributum, ager atque annus in frumentum, corpora ipsa ac manus silvis ac paludibus emuniendis inter verbera ac contumelias conteruntur. Nata servituti mancipia semel veneunt atque ultro a dominis aluntur: Britannia servitutem suam cotidie emit, cotidie pascit, ac sicut in familia recentissimus quisque servorum etiam conservis ludibrio est, sic in hoc orbis terrarum vetere famulatu novi nos et viles in excidium petimur; neque enim arva nobis aut metalla aut portus sunt, quibus exercendis reservemur. Virtus porro ac ferocia subiectorûm ingrata imperantibus; et longinquitas ac secretum ipsum quo tutius, eo suspectius. Ita sublata spe veniae tandem sumite animum, tam quibus salus quam quibus gloria carissima est. Brigantes femina duce exurere coloniam, expugnare castra, ac nisi felicitas in socordiam vertisset, exuere iugum potuere: nos integri et indomiti et in libertatem, non in poenitentiam bellaturi, primo statim congressu ostendamus, quos sibi Calidonia viros seposuerit.'

32. 'An eandem Romanis in bello virtutem quam in pace lasciviam adesse creditis? Nostris illi dissensionibus ac discordiis

---

3. famae *pone* ignotum *ego transposui, totum reliquum enunciatum Brueys apud Broterium.*

7. terrae *Rhenanus* — iam *Halm.*

15. fortunasque — egerunt *Rhenanus,* annos *Walch.* fortunaeque . . ager atque (et *Seyffert*) *Jacob et Seyffert.*

17. conteruntur *Jacob et Fröhlich.*

19. cotidie *scripsi,* cottidie *Lipsius.*

29. bellaturi *Kock* (1866) *et Wölfflin.*

ac discordiis clari, vitia hostium in gloriam exercitus sui uertūt: quem contractum ex diversissimis gētibus, vt secundae res tenēt, ita aduēsae dissoluēt: Nisi si gallos & germanos, & pudet dictu, Britannorum plerosq; (lic& dominationi alienae sanguinē cōmendēt) Diutius tamē, hostes q̄ seruos seruos|fide & affectu teneri Putatis: Metus ac tēror ē, infirma uincla caritatis: quae vbi removeris qui timere desierīt odisse incipiēt: Omnia uictoriae incitamenta pro nobis sūt: nullae Romanos cōiuges accendūt, Nulli Parentes fugam exprobaturi sūt: Aut nulla plerisq; pr̄ia, aut alia est: Paucos nūo circum, trepidos ignorantia, coelum ipūm ac mare & siluas ignota oīa circumspectantes, clausos quodāmodo ac uinctos dii nob̄ tradiderūt: Ne tēreat uanus aspectus, & auri fulgō atq; argenti, qđ neq; tegit neq; uulnerat: In ipā hostium acie inueniemus nr̄as manus: Agnoscēt britāni suam cām: Recōdabuntū galli priorem libertatem Deserēt illos coeteri gēmani, tamq̄ nuper usipi reliquerūt: Nequicq̄ ultra formidinis: vacua castella, senum coloniae inter male parentes & iniuste imperantes, egra municipia & discordantia: Hic dux, hic exercitus: Ibi tributa & metalla, & coetere seruientium poene: quas in aetēnum perfēre, aut statim ulcisci in hoc campo ē: Proiñ ituri in aciem, & maiores ūros & posteros cogitate: Excepere orationē alacres, vt barbaris moris, cantu fremituq; & clamoribus dissonis: Iamq; agmina & armorum fulgores, audentissimi cuiusq; procursu; simul instruebatū acies: cum agricola q̄q̄ laetum & uix mo|nitis cohercitum militum, accendendum adhuc ratus, ita disseruit:

.l tetra mācipia. Al. m. 1.

.l institue. Al. m. 1. = Al.: munimētis m. 1.

Octauus annus ē cōmilitones, ex quo uirtute & auspiciis Imperii . ro . fide atq; opera nr̄a Britanniam uicistis: Tot expeditionibus tot proeliis seu fortitudine aduēsus hostes, seu patientia ac labore pene adversus ipām rerum naturam opus fuit, Neq; me

5. seruos *exp. m. 1.* — *post alterum* seruos *Fol.*[v] — 24. mo (*in fine versus*) nitis.

Varietas codicis B.

2. contactum. — 4. cōmendēt. Diutius *uncis omissis.* — 5. adfectu — — 6. metus ac terror est in (*fin. vers.*) firma. — 8. Nulle. — 9. exprobaturi. — 10. numero circum trepidos ignorantia. Celum — siluis. — 13. nec — nec. — 15. ceteri. — tanq̄ — vsipij. — 16. Nequaq̄ — senium. — 17. imperantes: egra. — 18. cetere. — 20. *post* ūros *Fol. 73*[r] — 21. alacres ut barbaris moris: cantu. — 22. agmina, & armorum fulgores audentissimi cuiq; pro cursu simul instruebatur acies: — 23. quanq̄ — munimentis. — 28. hostis. — 29. Neque — nec.

clari vitia hostium in gloriam exercitus sui vertunt: quem contractum ex diversissimis gentibus ut secundae res tenent, ita adversae dissolvent: nisi si Gallos et Germanos et (pudet dictu) Britannorum plerosque, licet dominationi alienae sanguinem commodent, diutius tamen hostes quam servos, fide et adfectu teneri putatis. Metus ac terror est, infirma vincla caritatis; quae ubi removeris, qui timere desierint, odisse incipient. Omnia victoriae incitamenta pro nobis sunt: nullae Romanos coniuges accendunt, nulli parentes fugam exprobraturi sunt; aut nulla plerisque patria aut alia est. Paucos numero, trepidos ignorantia, caelum ipsum ac mare et silvas, ignota omnia circum spectantes, clausos quodam modo ac vinctos di nobis tradiderunt. Ne terreat vanus aspectus et auri fulgor atque argenti, quod neque tegit neque vulnerat. In ipsa hostium acie inveniemus nostras manus: adgnoscent Britanni suam causam, recordabuntur Galli priorem libertatem, deserent illos ceteri Germani, tamquam nuper Usipi reliquerunt. Nec quicquam ultra formidinis: vacua castella, senum coloniae, inter male parentes et iniuste imperantes aegra municipia et discordantia. Hic dux, hic exercitus: ibi tributa et metalla et ceterae servientium poenae, quas in aeternum perferre aut statim ulcisci in hoc campo est. Proinde ituri in aciem et maiores vestros et posteros cogitate.'

33. Excepere orationem alacres, atque ut barbaris moris, cantu fremituque et clamoribus dissonis. Iamque agmina et armorum fulgores audentissimi cuiusque procursu, simul instruebatur acies: cum Agricola quamquam laetum et vix munimentis coercitum militem accendendum adhuc ratus, ita disseruit: 'Septimus annus est, commilitones, ex quo auspiciis imperii Romani virtute et fide vestra atque opera nostra Britanniam vicistis. Tot expeditionibus, tot proeliis, seu fortitudine adversus hostis seu patientia ac labore paene adversus ipsam rerum naturam opus fuit, neque me militum

---

4. commodent *Puteol.*

6. sunt *coniecit Beroaldus.*

10. circum *delev. Heumann, in* locorum *mutav. Anquetil.*

16. Nec *Puteol.*

22. et ut *Walther* atque ut *Ritter.*

26. Septimus *Acidalius.*

27. *Sic ego. In v.* virtute *haeserat Hofm.-Peerlkamp,* virtute vestra, auspiciis i. R., fide atque opera nostra *Nipperdey.*

militum, Neqȝ uos ducis poenituit: Ergo egressi ego ueterum legatorum, vos priorum exercituū terminos, finem britanniae non fama nec rumore, sed castris & armis tenemus: Inuenta Britannia & subacta: Equidem sępe in agmine quom uos paludes montesue & flumina fatigarēt, fortissimi cuiusqȝ uoces audiebam: Quando dabitū hostis? Quando aīus? | Veniūt e latebris suis extrusi & uota, uirtusqȝ in aperto, oñiaqȝ prona uictoribus, Atqȝ eadem uictis aduēsa: Nam ut superasse tantū itineris, syluas euasisse, Transisse aestuaria Pulchrum ac decorum · in frontem item fugientibus, periculosissima, quae hodie prospērima sūt: Neqȝ enim nob aut decorum eadem notitia, aut cōmeatuum eadem abundantia, sed manus & arma & in his omnia: Quod ad me attinet. iam pridē mihi decretum ē, Neqȝ exercitus neqȝ ducis terga tuta ēe: Proinde & honesta mōs turpi uita potior: & incolumitas ac decus eodem loco sita sūt: Nec ingloriū fuēit in ipō teŕarum ac naturae fine cecidisse: Si nouae gentes, atqȝ ignota acies constitisset aliorum exercituum, exemplis uos hortarē: Nūc ūra decora recensete, vestros oculos interogate: hi sūt quos proximo anno vnam legionē furto noctis aggressos clamore debellastis, hi coeterorum Britannorum fugacissimi, ideoqȝ tam diu superstites: Quo modo syluas saltusqȝ penetrantibus, fortissimum q̊̄ animal contra ruere, Pauida & inertia ipō agminis sono pellebantū: sic acērimi britañorum, iam Pridem ceciderūt, Reliquus ē nūs ignauorū & metuentium: Quos q̄ tandem inuenistis non restiteŕt, sed deprehensi sūt: Nouissime res, & extremo metu corpora de|fixere aciem in his uestigiis; in quibus pulchram & spectabilem uictoriam ederetis, transigite cum expeditionibus, imponite qnquaginta annis magnum diem, Approbate rei.p. nunq̄ exercitui imputari potuisse, aut moras belli, Aut causas rebellandi: Et alloquēte adhuc agricola, Militum ardor eminebat: & finē orationis ingēs alacritas consequuta ē: statimqȝ

:: qđqȝ. puto.

q̄. tādiu nō inuenistis, restiterūt. Sic legēdum puto: —

6. *post* aīus *Fol.*ʳ· — 11. lo|*sup. scr. m. 1.* de *litteris expunctis.* — 28. imputare *sec. Hinck, ego non annotavi.*

Varietas codicis B.

1. egressi: ergo (?) — veterū. — 4. subacta equidem (*sine interp.*) — cum — montes ue. — 6. qū anim' (*fin. vers.*) ueniunt. — 8. siluas — transiişse — 11. loco4. — 17. ex!ˢ ūros — interrogate .hi. — 19. agressos. — cęterorum. — fugaciss! — *post* diu *Fol. 73*ᵛ· — 21. siluas saltus qȝ — L fortiss! — quoque. — 24. qđ — restituerunt. — deprehensi. — nouissimę. — 25. mętu. — 27. Lᵗᵃ· — 28. Rei.p. — imputare. — 30. consequta.

neque vos ducis paenituit. Ergo egressi, ego veterum legatorum, vos priorum exercituum terminos, finem Britanniae non fama nec rumore, sed castris et armis tenemus. Equidem saepe in agmine, cum vos paludes montesve et flumina fatigarent, fortissimi cuiusque voces audiebam: 'quando dabitur hostis, quando acies?' Veniunt, e latebris suis extrusi, et vota virtusque in aperto, omniaque prona victoribus atque eadem victis adversa. Nam ut superasse tantum itineris, silvas evasisse, transisse aestuaria pulchrum ac decorum in frontem, ita fugientibus periculosissima quae hodie prosperrima sunt; neque enim nobis aut locorum eadem notitia aut commeatuum eadem abundantia, sed manus et arma et in his omnia. Quod ad me attinet, iam pridem mihi decretum est neque exercitus neque ducis terga tuta esse. Proinde et honesta mors turpi vita potior, et incolumitas ac decus eodem loco sita sunt; nec inglorium fuerit in ipso terrarum ac naturae fine cecidisse.'

34. 'Si novae gentes atque ignota acies constitisset, aliorum exercituum exemplis vos hortarer: nunc vestra decora recensete, vestros oculos interrogate. Hi sunt quos proximo anno unam legionem furto noctis adgressos clamore debellastis; hi ceterorum Britannorum fugacissimi ideoque tam diu superstites. Quo modo silvas saltusque penetrantibus fortissimum quodque animal contra ruerat, pavida et inertia ipso agminis sono pellebantur, sic acerrimi Britannorum iam pridem ceciderunt, reliquus est numerus ignavorum et metuentium. Quos quod tandem invenistis, non restiterunt, sed deprehensi sunt, novissimae res extremo metu torpidam defixere aciem in his vestigiis, in quibus pulchram et spectabilem victoriam ederetis. Transigite cum expeditionibus, imponite quinquaginta annis magnum diem, adprobate rei publicae numquam exercitui imputari potuisse aut moras belli aut causas rebellandi.'

35. Et adloquente adhuc Agricola militum ardor eminebat, et finem orationis ingens alacritas consecuta est, statimque ad arma

---

3. Inventa — subacta *ego delevi.*

4. *Fortasse scribendum est* montesque.

5. acies *Rhenanus.*

9. ita *Rhenanus.*

13. 14. et — potior *atque* et — sunt *transponi voluit Nipperdey.*

22. ruerat *ego.*

25. *V.* et *deleta* torpidam *scripsi*, et — torpor *Ritter*, et extremus metus torpore *Schoemann.*

29. imputari *Puteol.*

ad arma discursum: instinctos ruentesqȝ ita disposuit, vt peditum auxilia, Quę octo miliũ erãt mediam aciem firmarẽt: Eq̃tum tria milia cõnibus affũderentũ: Legiones pro uallo stetere: Ingẽs uictoriae Decus citra|romanum sanguinem bellandi, & auxilium, si pellerentũ: Britannorũ acies in speciem simul ac tẽrorem, ęditioribus locis constiterat, ita vt|primum agmine quo coeteri per acclive iugum conuexi uelut iusur|gerẽt, media campi conuinnarius eques strepitu ac discũsu complebat: Tum agricola superante hostium multitudine, veritus ne simł in frontem, simul & latera suorũ pugnaretũ, Diductis ordinibus, q̃q̃ porrectior acies futura erat, & arcessendas pleriqȝ legiones admonebãt, „Promptior in spem, & firmus aduẽsis, Dimisso equo pedes ante uexilla constitit: ac primo congressu eminus certabatũ: simłq̃ȝ constantia simul arte, Britañi ingentibus gladiis & breuibus coetris, | missilia nr̃orum uitare uel excutere: atqȝ ip̃i magnam uim telorũ superfundere, Donec agricola Vatauorum cohortes, ac tungrorum duas cohortatus ẽ vt rem ad mucrones ac manus adducerent: q & ip̃is vetustate militię exercitatum, & hostibus inhabile: pãua scuta et enõmes gladios gerentibus: Nam Britannorum gladii sine mucrone cõ-|plexum armarum & in aperto pugnam non tolerabãt, Igitũ vt uataui miscere ictus, ferire ictus umbonibus ora foedare & tratis qui in æquo adstiterãt, erigere in colles aciem coepere: coeterae cohortes aemulatione & impetu connisae proximos Quosqȝ cedere: ac pleriqȝ semineces aut integri, festinatione victoriae, relinquebantũ: Interim, equitum tũmae|fugere, conuinnarii peditum se proelio miscuere: & q̃q̃ recentem teṙorem intulerant densis tamẽ hostium agminibus, & inęqualibus locis herebant, Minimeqȝ equestres: ea enim pugnae

Conuinnarius.

foede recti.

Trates, ul traces.

4. *post* citra] *Fol.*ᵛ· 7. insur.] *in fine versus quem lineola recta indicare solet.* — 13. simłq̃ȝ] *in fine versus,* q̃ȝ *delev. m. 1. in ipso margine.* — 16. B.] *sup. scr. m. 1.* — 17. *Fuerat* mucronẽ &, *correxit m. 1.* — 20. a *in* o *mut. m. 1.* — 21. ictus] *expunxit m. 1. crucis signo a m. 1. interiori margini passim appicto.* — 27. ea *in* ei *mut. m. 1.*

Varietas codicis B.

3. aff. *etiam B.* — 5. spẽm. — 6. editioribus — cęteri. — 7. conuexi *habet etiam B.* — Couinarius. — 9. altera (?) — 10. quanquam. — 13. simulque — arte: — 14. cetris. — 16. Batauorum] *Fol. 74*ʳ· — 19. complexum armorum — 20. Bataui. — 21. ictus ferire umbonibus — fędare — tratis *etiam B.* — in equo. — 22. capere — emulatione — 23. connisę — cędere. — 24. festinatiõn (*in fine versus*) uictorię. — 25. turmę fugẽ: couinnarij — pręlio. — 26. quaq̃ recentes. — 27. in ęqualibus — hęrebant: mieq̃ȝ equestres, ea enim | pugnę.

discursum. Instinctos ruentesque ita disposuit, ut peditum auxilia, quae octo milia erant, mediam aciem firmarent, equitum tria milia cornibus adfunderentur. Legiones pro vallo stetere, ingens victoriae decus citra Romanum sanguinem bellanti, et auxilium, si pellerentur. Britannorum acies in speciem simul ac terrorem editioribus locis constiterat ita, ut primum agmen in aequo, ceteri per adclive iugum convexi velut insurgerent; media campi covinnarius eques strepitu ac discursu complebat. Tum Agricola superante hostium multitudine veritus, ne in frontem simul et latera suorum pugnaretur, diductis ordinibus, quamquam porrectior acies futura erat et arcessendas plerique legiones admonebant, promptior in spem et firmus adversis, dimisso equo ante vexilla constitit.

36. Ac primo congressu eminus certabatur; simulque constantia simul arte Britanni ingentibus gladiis et brevibus caetris missilia nostrorum vitare vel excutere, atque ipsi magnam vim telorum superfundere, donec Agricola Batavorum cohortes tres ac Tungrorum duas cohortatus est, ut rem ad mucrones ac manus adducerent; quod et ipsis vetustate militiae exercitatum et hostibus inhabile; nam Britannorum gladii sine mucrone complexum armorum et in arto pugnam non tolerabant. Igitur ut Batavi miscere ictus, ora fodere, et stratis qui in aequo adstiterant, erigere in colles aciem coepere, ceterae cohortes aemulatione et impetu conisae proximos quosque caedere: ac plerique semineces aut integri festinatione victoriae relinquebantur. Interim equitum turmae (fugere enim covinnarii) peditum se proelio miscuere. Et quamquam recentem terrorem intulerant, densis tamen hostium agminibus et inaequalibus locis haerebant; minimeque pedestris ei pugnae facies erat, cum pleno gradu aut stantes simul equorum corporibus

---

2. milia *Puteol.*
4. bellanti *Rhenanus.*
6. aequo *Rhenanus* in aequo *Bekker.*
9. *Prius* simul *deleverunt Fröhlich et Wex.*
16. tres Bat. coh. *Rhenanus*, B. coh. tres *ego.*
19. *Glossema delev. Wex.*
20. in arto *Franc. de Medicis.* — tolerant *Muretus et Acidalius.*
21. fodere *Gesner.* — stratis *Ernesti.*
25. enim *e v. 27. transposui.*
27. minimeque — stantes] *sic ego scripsi.*

facies erat: Cum|egra diu aut stante simul equorum corporibus impellerentũ, ac sae|pe uagi currus, extẽriti sine rectoribus equi vt quenq; formido tulerat transuersos aut obuios incursabant: Et britanni qui adhuc pugnae expertis sũmam collium insederãt & paucitatem nr̃orum uacui spernebãt, Degredi paulatim et circumire terga uincentium coepãt. | Ni id ipũm ueritus agricola Quatuor equitum alas ad subita belli retentas, venientibus opposuiss&: Quantoq; ferocius accucũrerant, tanto acrius pulsos in fugam disieciss&: Ita consilium britãnorum in ipõs uersum, Transuecteq; precepto ducis a fronte pugnantium alę, auersam hostium aciem inuasere: Tum uõ patentibus locis grande & atrox spectaculũ: Sequi, vulnerare, capere, atq; eosdem ablatis aliis trucidare: Iam hostiũ prout cuiq; ingeniũ erat, catẽuae armatorum paucioribus terga prestare, Quidam inẽmes ultro ruere ac se morti offẽre Passim arma, & corpora, & laceri artus & cruenta humus: Et aliqñ etiam + uictis, ira, virtusq;. Postq̄ siluis appropinquauerũt, utem primos sequentiũ incautos collecti & locorum ignari, circumueniebãt: Q ni frequẽs ubiq; agricola validas & expeditas cohortes, indaginis modo, & sic ubi arctiora erãt, partem eqtum dimissis equis, simul rariores syluas eqte persultari iussiss&, Acceptum aliquod uulnus per nimiam fiduciam for&: Coeterum ubi compositos firmis ordinibus sequi rũsus uidere, in fugam uersis, nõ agminibus ut prius, Nec alius alium respectantes, Rari & uitabundi inuicem longinqua atque auia petiere: Finis sequendi nox & sacietas fuit: Caesa hostium ad decem Milia: nrorum trecenti. LX. cecidere: Inquis aulus atticus praefectus cohortis, Iuuenili ardore & ferocia equi hostibus illatus: Et Nox quidem gaudio, praedaq; leta uictoribus: Britanniq; palantãs, mixtoq; Virorũ Mulierumq; ploratu,

3. quenq; *sec. Hinck.* — 4. m *a m. 1. exp.* — 6. *post* coepãt] *Fol.* In *imo margine custodis instar adscr. m. 1.* Ni id ipsum, *quaternionis ut videtur in archetypo finiti indicem.* — 9. cõsilium (?). — 16. *ante* postquam *initium capitis.* — *Crux in marg. haud dubie ad v.* utem *pertinet.* — 28. a *in* e *mut. m. 1.*

Varietas codicis B.

1. facies erat, cum egra diu aut stante simul equo4 | corporibus — 2. impellerentur, ac saepe *rel.* — 3. quenq;. — 4. expertes — sũma. — 5. digredi — ac *sec. H.* — circuire. — 6. vicentium coeperant, in id. — 8. occurrerant. — 10. pręcepto. — 13. pro ut. — 16. *post* nictis] *Fol. 74v.* appropinquauerunt itẽ. — 18. infrequens. — 19. artiora. — 20. siluas equites perlustrari. — 21. Cete4. — 24. sanctas. — 25. Cęsa — .X. mil. — CCCLX. — 26. In queis A Atticus. praes. — 27. lęta. — 28. palantes — proratu

impellerentur; ac saepe vagi currus, exterriti sine rectoribus equi, ut quemque formido tulerat, transversos aut obvios incursabant.

37. Et Britanni, qui adhuc pugnae expertes summa collium insederant et paucitatem nostrorum vacui spernebant, degredi paulatim et circumire terga vincentium coeperant, ni id ipsum veritus Agricola quattuor equitum alas, ad subita belli retentas, venientibus opposuisset, quantoque ferocius adcucurrerant, tanto acrius pulsos in fugam disiecisset. Ita consilium Britannorum in ipsos versum, transvectaeque praecepto ducis a fronte pugnantium alae aversam hostium aciem invasere. Tum vero patentibus locis grande et atrox spectaculum: sequi vulnerare capere, atque eosdem oblatis aliis trucidare. Iam hostium, prout cuique ingenium erat, catervae armatorum paucioribus terga praestare, quidam inermes ultro ruere ac se morti offerre. Passim arma et corpora et laceri artus et cruenta humus; et aliquando etiam victis ira virtusque. Postquam silvis appropinquarunt, idem primos sequentium, incautos collecti et locorum gnari circumveniebant. Quod ni frequens ubique Agricola validas et expeditas cohortes indaginis modo, et sicubi artiora erant, partem equitum dimissis equis, simul rariores silvas equitem perlustrare iussisset, acceptum aliquod vulnus per nimiam fiduciam foret. Ceterum ubi compositos firmis ordinibus sequi rursus videre, in fugam versi, non agminibus, ut prius, nec alius alium respectantes, sed rari et vitabundi in vicem longinqua atque avia petiere. Finis sequendi nox et satietas fuit. Caesa hostium ad decem milia: nostrorum trecenti sexaginta cecidere, in quis A. Atticus praefectus cohortis, iuvenili ardore et ferocia equi hostibus inlatus.

38. Et nox quidem gaudio praedaque laeta victoribus; Britanni palantes mixtoque virorum mulierumque ploratu trahere vulneratos,

---

12. oblatis *Rhenanus.*
16. idem *Goebel et Madvig — nisi malis* acerrimos sequentium.
17. gnari *Dronke.*
20. equitem persultare *Rhenanus* equitem perlustrare *ego.*
22. versi *Puteol.*
23. sed *add. Bipontini.*

Trahere uulneratos, Vocare integros, Deserere domos ac per iram ultro incendere, Eligere latebras & statim relinquere, Miscere inuicem consilia aliqua, dein separe, aliquando frangi, aspectu pignorũ suorum sępius concitari: Satisq; constabat saeuis‿se quosdam in coniuges ac liberos, tanq̃ misererentũ: | Proximus dies faciem uictoriae latius aperuit: Vastum ubiq; silentiũ, secreti colles, fumantia procul tecta, Nemo exploratoribus obui', Quibus in õnem Partem dimissis, vbi incerta fugae uestigia, Neq; usq̃ conglobari hostes conpertum, & exacta iam aestate spargi bellum nequibat, in finis borestorũ exercitum deducit: Ibi acceptis obsidibus, praefecto classis circumuehi britañiam precipit: datae ad id uires: & praecesserat tẽror: Ipẽ peditem atq; equites lento itinere, Quo nouarum gentium animi, ipã transitus mora tẽrerentũ in hybernis locauit: & simul classis secunda tempestate ac fama trucculentem portum tenuit: Vnde proximo britanniae latere lecto õni redierat: Hũc Rerum cursum, q̃q̃ nulla uerborum iactantia epistolis agricolae actum, Vt domitiano moris erat, fronte laetus, pectore anxius excipit: Inerat conscientia Derisui fuisse nuper falsum e germania triumphũ, emptis per cõmertia quorum hĩtus & crinis in captiuorũ speciẽ formarentũ: At nunc ueram magnamq; uictoriam tot Milibus hostium caesis ingenti fama celebrari: Id sibi max^e formidolosum, Priuati hominis nomẽ supra principis attolli: Frustra studia fori, & ciuilium artium decus in silentium acta, si militarem glõriam alius occupar&; et coetera utcunq; facilius dissimulari, Ducis boni imperatoriam uĩtutem ẽẽ: Talibus curis exẽcit': quodq; saeuę cogitationis indicium erat, secreto suo satiatus, optimum in presentia statuit, reponere hodium, Donec impetus famae & fauor exercitus languesceret: Nam ẽt tum agricola

./Trutu. Al. m. 1.
Praelecta Al. m. 1.
./Al Vt eãt Domitian' m. 1.

---

4. saeuisse *coniunx. m. 1.* — 15. s *sup. scr. m. 1.* —.

Varietas codicis B.

2. latebra*. — 3. in uicem — deĩn separe — aliqn frãgi. — 5. misererẽt *in fine versus.* — 8. nec (?). — 9. cõp (*fin. vers.*) tum. — 10. In fi- (*f. vers.*) nis borestoꝝ. 11. profecto — pręcipit. — 12. pręcesserat. — 13. terrentur. — 14. scđa. — 15. trutulens est: portum — Britannię — lecto. 16. *post* redierat *a nova linea Fol. 75 r.* — quanq̃ in illa uerboꝝ iactantia. — 17. eplis Agricolę actum vt Domitianus erat — lętus. — 18. cępit: — — conscĩa — nup. — 19. triumphum. — 20. captiuoꝝ — spẽm — formarent. — 21. milibus — cęsis. — 22. formidolosũ. — 24. glriam — cęťa. — 25. uirtutem. — 26. exercitus — quodue seuę. — 27. pñtia. 28. famę — excitus — Agricola.

vocare integros, deserere domos ac per iram ultro incendere, eligere latebras et statim relinquere; miscere in vicem consilia, deinde separare; aliquando frangi aspectu pignorum suorum, saepius concitari. Satisque constabat saevisse quosdam in coniuges ac liberos, tamquam misererentur. Proximus dies faciem victoriae latius aperuit: vastum ubique silentium, secreti colles, fumantia procul tecta, nemo exploratoribus obvius. Quibus in omnem partem dimissis, ubi incerta fugae vestigia neque usquam conglobari hostis compertum, et exacta iam aestate spargi bellum nequibat, in finis Borestorum exercitum deducit. Ibi acceptis obsidibus praefecto classis circumvehi Britanniam praecipit; datae ad id vires, et praecesserat terror. Ipse peditem atque equites lento itinere, quo novarum gentium animi ipsa transitus mora terrerentur, in hibernis locavit. Et simul classis secunda tempestate ac fama Trucculensem portum tenuit, unde proximo Britanniae latere lecto omnia aperta repererat.

39. Hunc rerum cursum, quamquam nulla verborum iactantia epistulis Agricolae auctum, ut Domitiano moris erat, fronte laetus, pectore anxius excepit. Inerat conscientia derisui fuisse nuper falsum e Germania triumphum, emptis per commercia quorum habitus et crines in captivorum speciem formarentur: at nunc veram magnamque victoriam tot milibus hostium caesis ingenti fama celebrari. Id sibi maxime formidolosum, privati hominis nomen supra principis attolli: frustra studia fori et civilium artium decus in silentium acta, si militarem gloriam alius occuparet; cetera utcumque facilius dissimulari, ducis boni imperatoriam virtutem esse. Talibus curis exercitus, quodque saevae cogitationis indicium erat, secreto suo satiatus, optimum in praesentia statuit reponere odium, donec impetus famae et favor exercitus languesceret; nam etiam tum Agricola Britanniam obtinebat.

---

1. aliqua *delevit Classen.*

6. deserti *coniecit Ernesti.*

15. *sic scripsi. apta ōnia reperat) nisi malis* praealta oceani repererat.

18. auctum *Lipsius.*

21. crines *Puteol.*

30. nam *rell. deleri voluit Nipperdey.*

Britanniam obtinebat: Igitur triumphalia ornamenta, & illustris statuae honorē, & quicqd pró triumpho datū, Multo uēborum honore cumulata decēnj in senatu iub&: addiqȝ insuper opinionē, Syriam prouinciam agricolae destinari, vacuā | tum morte Atili Rufi consularis: & Maioribus reseruatā: Credidere pleriqȝ libertum ex secretioribus ministeriis missum ad agricolam codicillos quibus ei syria dabatū tulisse cum precepto vt si in Britāniam foret traderentū eumqȝ libertum in ipō freto oceani obuium agricolae, Ne appellato quidem eo, ad Domitianum remeasse: Siue uerum istud Siue ex ingenio principis fictum ac compositum ē: Tradiderat interim agricola successori suo prouinciā quietam tutamqȝ: ac ne notabilis celebritate, & frequentia occūrentium introitus ēēt, vitato amicorum officio, noctu in urbem Noctu in palatium, ita ut praeceptum erat, uenit; Exceptusqȝ breui osculo et nullo sermone tūbae seruientiū immixtus ē: Coeterum uti militare nomē, graue inter ociosos, aliis uirtutibus tēperaret, tranqlitatem atqȝ ocium penitus auxit: Cultu modicus: sermone facilis, vno aut altero Amicorum comitatus, Adeo vt pleriqȝ, quibus magnos uiros per ambitionē aestimare mos ē, uiso aspectoqȝ agricola quererēt, Famam pauci interpretarētū:

Vt nūc Princeps quó vir m. 1.

Crebro per eos dies apud Domitianum absēs accusatus, absēs absolutus ē: Causa periculi, Non crimen ullū, aut querela lesi cuiusq̄, sed infensus uirtutibus princeps, et gloria uiri, Ac pessimum inimicorum genus, laudantes, & ea insecuta sūt Rei · p̄· tempora, quae sileri agricolam non sinerēt: Tot exēcitus in Misia Daciaqȝ & germania, & pannōnia, Temeritate, Aut per ignaviam ducum amissi: tot militares uiri, cum tot cohortibus expugnati & capti: nec iam de limite imperii & ripa, sed de hybernis legionum, et possessione dubitatum: Ita cum dāna dānis continuarentū: atqȝ oīs annus funeribus & cladibus insigniretū, Poscebatū ore uulgi dux agricola; comparantibus cunctis uigorem, constantiam, & expertum bellis animum, cūm inercia & formidine eorū: Quibū | sermonibus satis constat Domitiani qȝ aures uerberatas: dum

inercio & formidini. Al. m. 1.

Varietas codicis B. (*exempli gratia vel minima quaeque annotavi.*)

2. honorem — quicquid. — 3. iubet: addiqȝ. — 4. Actilij. — 7. prȩcepto — cis(?). — 14. prȩtemptum — tūbae] *omissum.* — 15. ĭmistus — *post* cȩterum] *Fol. 75*ᵛ· — 16. pȩnitus. — 19. quererent (?) famam. pauci *rel.* — 24. Rei. p. — 26. Pannonia(?). — 28. hibernis. — 29. possessionum — dañа dannis. — 31. uigorē & constantiam. — 32. inertia. — 33. Domitianum.

40. Igitur triumphalia ornamenta et inlustris statuae honorem, et quidquid pro triumpho datur, multo verborum honore cumulata, decerni in senatu iubet addique insuper opinionem, Syriam provinciam Agricolae destinari, vacuam tum morte Atilii Rufi consularis et maioribus reservatam. Credidere plerique libertum ex secretioribus ministeriis missum ad Agricolam codicillos, quibus ei Syria dabatur, tulisse cum praecepto ut, si in Britannia foret, traderentur; eumque libertum in ipso freto oceani obvium Agricolae, ne appellato quidem eo ad Domitianum remeasse, sive verum istud, sive ex ingenio principis fictum ac compositum est. Tradiderat interim Agricola successori suo provinciam quietam tutamque. Ac ne notabilis celebritate et frequentia occurrentium introitus esset, vitato amicorum officio noctu in Palatium, ita ut praeceptum erat, venit; exceptusque brevi osculo et nullo sermone turbae servientium inmixtus est. Ceterum uti militare nomen, grave inter otiosos, aliis virtutibus temperaret, tranquillitatem atque otium penitus hausit, cultu modicus, sermone facilis, uno aut altero amicorum comitatus, adeo uti plerique, quibus magnos viros per ambitionem aestimare mos est, viso aspectoque Agricola quaererent famam, pauci interpretarentur.

41. Crebro per eos dies apud Domitianum absens accusatus, absens absolutus est. Causa periculi non crimen ullum aut querela laesi cuiusquam, sed infensus virtutibus princeps et gloria viri ac pessimum inimicorum genus, laudantes. Et ea insecuta sunt rei publicae tempora, quae sileri Agricolam non sinerent: tot exercitus in Moesia Daciaque et Germania et Pannonia temeritate aut per ignaviam ducum amissi, tot militares vici cum tot cohortibus expugnati et capti; nec iam de limite imperii et ripa, sed de hibernis legionum et possessione dubitatum. Ita cum damna damnis continuarentur atque omnis annus funeribus et cladibus insigniretur, poscebatur ore vulgi dux Agricola, comparantibus cunctis vigorem et constantiam et expertum bellis animum cum inertia et formidine imbelliorum. Quibus sermonibus satis constat Domitiani quoque aures verberatas, dum optimus quisque libertorum

---

17. hausit *Wex.*

26. Moesia *Lipsius.*

27. vici *J. Fr. Gronovius* limitares *V. D. ap. Dronk. et ego coniecimus.*

33. imbelliorum *scripsi,* ceterorum *Grotius coniecit.*

optimus quisq; libertorum, amore & fide · pessimi malignitate & liuore pronum deterioribus principem, extimulabāt: Sic agricola simul suis uītutibus, simul uitiis aliorum, in ipām gloriam preceps agebatū: Aderat iam annus quo proconsulatum aphricae et asiae sortiretū, & occiso ciūica nuper, Nec agricolae consilium deerat, Nec domitiano, exemplum: Accessere quidam cogitationum principis periti, Qui iturus ne ēēt in prouintiam ultro agricolā interrogarent: ac primo occultius quietem & ocium laudare, Mox opam suam in approbāda excusatione offēre: Postremo non tam obscuri suadentes simul terrentesq; pertraxere ad domitianum. Qui paratus simulationē, in arogantiam compositus, & audiit preces excusantis, et cum annuisset, agi sibi grās Passus ē, Nec erubuit beneficii inuidia: salarium tamen proconsulari solitum offeri, & quibusdam a se ipō concessum agricolae non dedit: siue offensus non petitum, siue ex conscientia, Ne quod uetuerat uideretū emisse: Proprium humani ingenii ē, odisse quem leseris: Domitiani uō natura praeceps in iram, et quo obscuriō, eo inreuocabilior: moderacione tamē prudentiaq; agricolae leniebatū: quia non contumacia, Neq; inani iactatione libertatis famam fatumq; prouocabat: Sciant, quibus moris ē illicita mirari, Posse et sub malis principibus Magnos uiros ēē: obsequiumq; ac modestiam, sī industria ac uigor adsint, eo laudis excedere, quo pleriq; per abruptā, sed in ullum rei post usum, ambitiosa mōte, inclaruerūt: Finis uitae eius, Nobis luctuosus, Amicis tristis, extraneis etiam ignotisq; non sine cura fuit: Vulgus q̄; et hic aliud agēs poplus, et uentitauere ad domum, & per fora & circulos locuti sunt: Nec quisq̄ audita mōte agricolae, aut laetatus est, aut statim oblitus est: Augebat miseratione constās rumō veneno intēceptum: nobis nihil comperti affirmare ausim. Coeterum per ōnem ualitudinem eius, crebrius q̄ ex more principatus

(ad v. exemplum) + sc. l. m. 1. (i. e. sic lego).

nis. At!

s; in nullum re p usum. At m. 1.

S. l. m. 1. (i. s. sic lego.)

---

6. *Voc.* ciuica *se non intelligere cruce ann. m. 1.* — 29. V *sup. scr. m. 1.* — b *e* D *effectum a m. 1.*

Varietas codicis B.

3. pręceps. — 5. Asię & Aphricę — sortiret — 6. aderat *e vers. superiore* — 7. ex.ᵐ — 8. iturus ne esset in prouinciam — 10. *post* suaden *Fol.* 76ʳ· — 14. procōs. — 16. conscīa. — 18. moderatione. — 19. Neq;;] n'. — 24. nitę. — 26. ppˢ. — 27. et per circulos — Agricolę lętatus est: aut statim oblitus est: (*sic ego, sed Hinck nihil annotaverat*). — 29. interceptum: no (*fin. vers.*) bis — Cęte4. —

amore et fide, pessimi malignitate et livore pronum deterioribus principem extimulabant. Sic Agricola simul suis virtutibus, simul vitiis aliorum in ipsam gloriam praeceps agebatur.

42. Aderat iam annus, quo proconsulatum sortiretur, et occiso Civica nuper nec Agricolae consilium deerat nec Domitiano exemplum. Accessere quidam cogitationum principis periti, qui iturusne esset in provinciam ultro Agricolam interrogarent. Ac primo occultius quietem et otium laudare, mox operam suam in adprobanda excusatione offerre, postremo non iam obscuri suadentes simul terrentesque pertraxere ad Domitianum. Qui paratus simulatione, in adrogantiam compositus, et audiit preces excusantis, et, cum adnuisset, agi sibi gratias passus est, nec erubuit beneficii invidia. Salarium tamen proconsulare solitum offerri et quibusdam a se ipso concessum Agricolae non dedit, sive offensus non petitum, sive ex conscientia, ne quod vetuerat videretur emisse. Proprium humani ingenii est odisse quem laeseris: Domitiani vero natura praeceps in iram et, quo obscurior, eo inrevocabilior, moderatione tamen prudentiaque Agricolae leniebatur, quia non contumacia neque inani iactatione libertatis famam fatumque provocabat. Sciant, quibus moris est inlicita mirari, posse etiam sub malis principibus magnos viros esse, obsequiumque ac modestiam, si industria ac vigor adsint, eo laudis excedere, quo plerique per abrupta enisi in nullum rei publicae usum ambitiosa morte inclaruerunt.

43. Finis vitae eius nobis luctuosus, amicis tristis, extraneis etiam ignotisque non sine cura fuit. Vulgus quoque et hic aliud agens populus et ventitavere ad domum et per fora et circulos locuti sunt: nec quisquam morte Agricolae aut laetatus aut statim oblitus est. Augebat miserationem constans rumor veneno interceptum: nobis nihil comperti nec affirmare ausim. Ceterum per omnem valetudinem eius, crebrius quam ex more principatus,

---

4. *Glossema delevi ego, cf. Sueton. Galb. 3.*

9. iam *Rhenanus.*

13. proconsulare *Bletterius ap. Broter.*

23. enisi *hoc loco Heumann, post* usum *dubitanter Schoemann coniecit,* sed *delev. Heraeus.*

23. nullum rei publicae *Mercer.*

29. *Alterutrum* est *delendum esse vidit Acidalius, prius delev. V. D. apud Dronkium.*

30. nec *Ernesti.*

per nuncios uisentis, & libertorum primi, & medicorum intimi uenere: siue cura illud. siue inqsitio erat: Supremo quidē die momenta ipā deficientis, per dispositos cūsores nunciata constabant; nullo credente sic accelerari Quae tristis audiret: Speciem tamē doloris animo vultuq; prae se tulit: securus iam odii, et qui facilius dissimular& gaudium q̄ metum: Satis constabat lecto testamento agricolae, quo cohaeredē optimae uxori & piissimę filiae domitianum scripsit, laetatum eum uelut honore iudicioq;: tam coeca & corupta mēs assiduis adulationibus erat; vt nescir& a bono prē non scribi heredem nisi malum Principem': Natus erat agricola Caio Caesare ter Cons. Idibus Iuniis: Excessit sexto & quinquagesimo anno: Decimo Kln. septembris, Collega Priscoq; conss. Qvod si hītum q̃; eius Posteri noscere uelīt: Decentior q̄ sublimior fuit: Nihil impetus in uultu, Gratia oris supererat: Bonum uirum facile crederes, Magnum libentē: Et ipē quidem, q̄q̄ medio in spacio integrae ętatis ereptus, Quantum ad gloriam longissimū aeuum peregit: Quippe & uera bona quae in uirtutibus sita sūt impleuerat, & consulari ac triumphalibus ornamentis predito, quid aliud adstruere fortuna poterat? Opibus nimiis non gaudebat: speciosae non contigerāt filia atq; uxore superstitibus: Potest uideri etiam beatus, Incolumi dignitate, florente fama, saluis affinitatibus & amiciis futura effugisse:

Nam sicuti durare in hac beatissimi seculi luce, Ac principem traianum uidere, Quod augurio uotisq; apud nr̄as aures ominabatū. Ita festinatae mortis grande solatiū tulit, euasisse Postremum illud tempus, quo Domitianus non Iam per intēualla ac spiramēta tp̄o24, | sed continuo & uelut uno ictu rem ·p· exhausit. Non

ī: ȝ (fort. = insigniter!)

Metus. Al. m 1.

Al. Speciosę cōtigerat, filia atq; vxō: m. 1.

graue. Al. m. 1. Litura delev. ead. m.

9. o *delev. m. 1.* — 22. *Corr. m. 1.* — 27. *Fol.* v.

Varietas codicis B.

1. nuntios uiseritis. — 3. nuntiata. — 4. spēm — 5. aīo vultuq; — prę. — 6. mętum — *post* lec *Fol. 76*v. — 7. Agricolę — coheredem — optimę — filię. — 8. lętatum. — 9. ceca — adsiduis. — 10. heredem — 11. C. Caes. ter Cos. — excessit VI°. & L.mo — 12. āno decimo Kat. Septebr. — Piscoq; coss. — 14. Nihil mętus (metus *ego*) & impetus — gr̄ia — supe (*fin. ver.*) rat. — 15. quanq̄. — 16. spatio —. integrę — gl̄iam — 17. euum. — quę — sūt] *om.* — 18. predito — 19. 20. nimiis nō gaudebat spetiose non contingerant filia atq; uxore supstitibus. Potest uideri ēt. — 21. Beatus incolumi — adfinitatibus. — 22. amicitiis. — 23. beat.mi sęculi. — 24. Traiarum — auris oīabatur. — 25. festinatę — euasisse. Postremum. — 27. Rem .p. —

per nuntios visentis, et libertorum primi et medicorum intimi venere, sive cura illud sive inquisitio erat. Supremo quidem die momenta ipsa deficientis per dispositos cursores nuntiata constabat, nullo credente sic adcelerari quae tristis audiret. Speciem tamen doloris habitu vultuque prae se tulit, securus iam odii et qui facilius dissimularet gaudium quam metum. Satis constabat lecto testamento Agricolae, quo coheredem optimae uxori et piissimae filiae Domitianum scripsit, laetatum eum veluti honore iudicioque. Tam caeca et corrupta mens assiduis adulationibus erat, ut nesciret a bono patre non scribi heredem nisi malum principem.

44. Natus erat Agricola C. Caesare iterum consule Idibus Iuniis: excessit quinto et quinquagesimo anno decimo Kalendas Septembris Collega Priscoque consulibus. Quod si habitum quoque eius posteri noscere velint, decentior quam sublimior fuit; nihil impetus in vultu, gratia oris supererat: bonum virum facile crederes, magnum libenter. Et ipse quidem, quamquam medio in spatio integrae aetatis ereptus, quantum ad gloriam, longissimum aevum peregit. Quippe et vera bona, quae in virtutibus sita sunt, impleverat, et consulari ac triumphalibus ornamentis praedito quid aliud adstruere fortuna poterat? Opibus nimiis non gaudebat, speciosae contigerant. Potest videri etiam beatus incolumi dignitate, florente fama, salvis adfinitatibus et amicitiis, filia atque uxore superstitibus futura effugisse. Nam sicuti non licuit durare in hanc beatissimi saeculi lucem ac principem Traianum videre, quod augurio votisque apud nostras auris ominabatur, ita festinatae mortis grande solacium tulit evasisse postremum illud tempus, quo Domitianus non iam per intervalla ac spiramenta temporum, sed continuo et velut uno ictu rem publicam exhausit.

---

1. *Vv.* primi *et* intimi *transponit Ernesti.* — constabat *Rhen.*

5. habitu *Ernesti.*

12. iterum *Nipperdey.*

13. quinto *idem.*

23. 24. filia — superstitibus] *pone v.* fama *Doederlein, pone* amicitiis *ego transposuimus.*

24. *Lacunam explevit Dahl.*

25. hanc — lucem *Acidalius.*

uidit agricola obsessam curiam, Et clusum armis senatum, & eadem strage tot consularium cedes, Tot nobilissimarum foeminarum exilia et fugas, Vna adhuc uictoria charus (Mettius At.) mitius censebatū, & intra albanam arcē sentētia messalini strepebat, & Massa Bebius iam tum reus erat: Mox nrē duxere Heluidium in carcerē manus. Nos maurici Rusticiqꝫ uisus. Nos innocenti sanguine Senetio perfudit: Nero tamen subtraxit oculos suos, Iussitqꝫ scelera non spectauit: Precipua sb domitiano miseriarum ps erat, videre, & aspici, cum suspiria nr̄a sbscriberentū: Cum denotandis tot hominum palloribus sufficeret seuus ille uultus, & rubō a quo se contra pudorē muniebat.

villā. m. 1.

At. Nos Mauriciū Rusticūqꝫ diuisimus: m. 1.

Tu uō foelix agricola, Non uitae tantum claritate, sed etiam opportunitate mortis: Vt perhiberēt q interfuerūt Nouissimis sermonibus tuis, constās & libens fatum excepisti, Tanq̄ pro uirili portione innocentiam principi donares: sed mihi filiaeqꝫ eius preter acerbitatem parentis erepti auget moestitiam q assidere ualitudini, Fouere deficientem, satiari uultu, Complexuqꝫ non contigit: Excepissem certe mandata, vocesqꝫ, Quas penitus aīo (pin. At.) figeremus: Noster hic dolor, Nostrum uulnus Nobis tam longa absentiae conditione, Ante quadrienniVm amissus ē: Omnia sine dubio optime parentum assidente amantissima uxore superfuere honori tuo: Paucioribus tamen lacrimis comploratus es, & Nouissima in luce desyderauere aliquid oculi tui: Si quis piorum Manibus locus: si (vt sapientibus plac&) Non cum corpore extinguntur magne aīae, placide quiescas: Nosqꝫ domum tuam ab infirmo desyderio et muliebribus lamentis ad contemplacionem uirtutum tuarum voces:

tum At. m. 1.

cōpositus. m. 1.

---

3. *Sup. scr. m. 1.* — Charus Mettius *in d. marg.* — 6. *In ind. nom. p. 52, 2.* Mauricus. — 10. 13. *in locis dubiis, ut supra passim, versuum finem indicavi.* — 18. pin. At. *sup. scr. m. 1.* — 19. Nobis *et* o *sup. scr. a m. 1.* — 20. V *ex* o *correctum a m. 1.* — 23. piorum] *e* priorum *corr. m. 1.* —

Varietas codicis B.

1. Curiam — clausum. — 2. cedes, — femina4. — 3. clarus mitius. — 4. Messalini — Boebius. — 5. iam] *omitt.* — heluidium. — 6. Maurici rusticiqꝫ visus: nos. — 7. *post* scelera *Fol. 77r.* — 10. rubor a quo. — 12. felix — uite. 13. ēt oportunitate. — 15. portionē — preter. — 16. mestitiā. — 17. vultu. — 18. penitus — figeremus *quae A. sup. scr. omitt.* — 19. vulnus tam nr̄e absentie. — 20. conditioñ: — quadriennium — est. — 21. amantiss[a] uxore: — 22. lachrymis comploratus. — nouiss[a] — 23. desiderauere — Siquis piorum. — 24. *uncos. omitt.* — anime. — 25. desiderio. — 26. mulieribus — contemplationem.

45. Non vidit Agricola obsessam curiam et clausum armis senatum et eadem strage tot consularium caedes, tot nobilissimarum feminarum exilia et fugas. Una adhuc victoria Carus Metius censebatur, et intra Albanam arcem sententia Messalini strepebat, et Massa Baebius tum reus erat: mox nostrae duxere Helvidium in carcerem manus, nos Mauricum Rusticumque divisimus, nos innocenti sanguine Senecio perfudit. Nero tamen subtraxit oculos suos iussitque scelera, non spectavit: praecipua sub Domitiano miseriarum pars erat videre et aspici, cum suspiria nostra subscriberentur, cum denotandis tot hominum palloribus sufficeret saevus ille vultus et rubor, quo se contra pudorem muniebat.

Tu vero felix, Agricola, non vitae tantum claritate sed etiam opportunitate mortis. Ut perhibent qui interfuerunt novissimis sermonibus tuis, constans et libens fatum excepisti, tamquam pro virili portione innocentiam principi donares. Sed mihi filiaeque eius praeter acerbitatem parentis erepti auget maestitiam, quod adsidere valetudini, fovere deficientem, satiari vultu complexuque non contigit. Excepissemus certe mandata vocesque, quas penitus animo figeremus. Noster hic dolor, nostrum vulnus, nobis tam longae absentiae condicione ante triennium amissus es. Omnia sine dubio, optime parentum, adsidente amantissima uxore superfuere honori tuo: paucioribus tamen lacrimis comploratus es, et novissima in luce desideravere aliquid oculi tui.

46. Si quis piorum Manibus locus, si, ut sapientibus placet, non cum corpore extinguuntur magnae animae, placide quiescas nosque et domum tuam ab infirmo desiderio et muliebribus lamentis ad contemplationem virtutum tuarum voces; quas neque lugeri

---

3. Carus Metius *Rhenanus.*
11. a *delev. Lipsius.*
14. perhibent *Puteol.*
19. Excepissemus *Pichena.*
21. triennium *scripsi.* — es *Rhenanus.*
27. et *addidi.*

\+ Quas neq; lugeri neq; plangi fas est: admiratione te potius temporalibus laudibus, & si natura suppedit&, militum decoramus: Is uerus honos, ea coniunctissimi cuiusq; pietas: Id filiae q̃; uxoriq; pre|ceperim, sic prĩs, sic mariti memoriam uenerari, vt omnia facta dictaq; eius secum reuoluāt, Famamq; ac figuram animi magis q̄ cōporis complectantū: Non quia intercedendum putem imaginibus, quae mãmore aut aere finguntū, sed ut uultus hominum ita simulacra uultus imbecilla ac mōtalia sūt, Forma mentis aetēna, Quam tenere, & exprimere, Non per alienam materiam & artem, sed tuis ipē moribus possis: Qvicquid ex agricola amauimus, Quicquid mirati sumus, Manet mansurumq; est in animis hominum, in aetēnitate tēporum, fama rerum: Nam multos ueterum velut inglorios, & ignobilis obliuio obruet: Agricola posteritati nãratus, et traditus, superstes erit:

---

1. tempora (*fin. versus*). *Corruptum sibi videri locum Laetus cruce appicta indicavit.* — 4. pre | *Fol. r.* — 9. materiam *e* materiem *corr. m. 1.* — 13. e *sup. scr. m. 1.*

Varietas codicis B.

1. nec — nec. — 2. tp̄oralibus — multum. — 3. coniūctissimi — filię. — 4. pręceperī. — 5. famamq; — 7. quę — ęre. — 8. simulachra — imbecillia. — 9. *post* mentis *Fol. 77 v.* — materiam. — 12. eternitate tp̄m fama. — 13. ignobiles. — 14. *Τέλοσ.*

neque plangi fas est. Admiratione te potius et immortalibus laudibus et, si natura suppeditet, similitudine colamus: is verus honos, ea coniunctissimi cuiusque pietas. Id filiae quoque uxorique praeceperim, sic patris, sic mariti memoriam venerari, ut omnia facta dictaque eius secum revolvant, formamque ac figuram animi magis quam corporis complectantur, non quia intercedendum putem imaginibus quae marmore aut aere finguntur, sed, ut vultus hominum, ita simulacra vultus imbecilla ac mortalia sunt, forma mentis aeterna, quam tenere et exprimere non per alienam materiam et artem, sed tuis ipse moribus possis. Quidquid ex Agricola amavimus, quidquid mirati sumus, manet mansurumque est in animis hominum, in aeternitate temporum, in fama rerum. Nam multos veterum velut inglorios et ignobilis oblivio obruit: Agricola posteritati narratus et traditus superstes erit.

1. et immortalibus *Acidalius.*
2. similitudine *Grotius* colamus *Muretus.*
5. formamque *Muretus.*
12. in *Halm.*
13. obruit *Haupt.*

Corrigenda.

Pag.	17.	v. 21.	*scribe:*	et oceanus
,,	ib.	,, 22.	,,	arbitrantur;
,,	,,	,, 34.	,,	Caesarem
,,	19	,, 7.	,,	insuper
,,	,,	,, 37.	,,	manum
,,	21	,, 24.	,,	velut pacti
,,	27	,, 29.	,,	virtus.

Druck von Hundertstund & Pries in Leipzig.


U. C. BERKELEY LIBRARIES
C047041144

